
9
11-a
9
10
5 K
1

INDEX ALPHABETICVS

Rerum, & Locorum omnium memorabilium

AD ANNALES CARDINALIS BARONII:

Opus Posthumum

EM.MI, ET REV.MI CARDINALIS


DE LAVRAEA

AB ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. IOANNE DE LIMA, & MELLO LVSITANO
S. R. I. Marchione de Samandria, in lucem editum.











ROMÆ, Typis Bernabò. M DC XCIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Immortali Memoriæ
EM.^MI ET REV.^MI D. CARDINALIS
LAVRENTII BRANCATI
DE LAVRAEA

D. IOANNES DE LIMA, & MELLO
Lusitanus, S. R. I. Marchio de Samandria,
D. D. C.





ON quærendus a me fuit Hæros, cui Volumen hoc consecrarem, cùm illum tenerem in Eminentissimo Auctore. Neque enim quia ipsum Nobis Superi rapuerunt, ex animo vnquam excidet meo Princeps ille, cui nominibus innumeris deuinctissimum me profiteor: Post-

quam autem hoc Romano amplius non lucet in Cœlo, in aliud fœlici ſorte, vt piè creditur, translatum fulgentiſſimum illud ſidus LAVRENTIVS BRANCATVS Cardinalis DE LAVREA, eodem amantiſſimo, quo inter nos agentem fueram proſecutus, ex oculis nunc ſublatum, obſequio proſequar non niſi mecum interituro. Cùm ob incredibilem illam, qua me dignabatur, humanitatem Scriptorum mihi ſuorum vſuram liberalitèr indulgeret, in hunc incidi Alphabeticum Indicem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ incomparabilis Cardinalis Baronij, & Oderici Rainaldi, qui eandem ad noſtra ferè vſque tempora ſaluberrimo Chriſtianæ Reipublicæ ſtudio produxit. Admiratione correptus fui, quòd maximus ille Vir redigendis in Compendium alienis Operibus tempus addixiſſet, quod impendere poterat ſuis exarandis. Sublimibus nihil ingenijs moleſtius accidit, quàm ad peculiares, ac ſæpè non magnas res deſcendere, cùm ad Vniuerſales veritates contemplandas explicare poſſint mentis volatum. Sed publici boni ſollicitudo ſapientiſſimi Auctoris animum ſacræ totius vetuſtatis notitia debuit inſtruere. Cor illi erat veluti ſapientiſſimo Regum, perſimile maris arenæ, cuius quamquam maſſa prægrandis ſit, partes tamen minutiſſimæ: quodque proindè licèt maxima quæque complecteretur, non tamen minima pateretur effluere, ideoque aptiſſimum eſſe poſſet inſtrumentum ad grandia ſimul, & puſilla opera diſponenda. Puſillum hoc dixerim, quod florenti æuo contexuit: magna, quæ deinde ſubdidit prælo tot præclariſſima Volumina, in quibus eximiam


fulget

fulget ingenium, & profunda doctrina, in omni diuinæ scientiæ parte versatissima; siue Misticam expendas Theologiam, siue quam dicimus Speculatiuam, siue Polemicam, Moralem, atque Canonicam. Plusquam Trismegistus ille profectò fuit, quia maximus in omnibus, neque in triplici tantùm Sapientiæ parte. Idque prodigium exagerat, quòd tot scribere potuerit egregia opera, cùm vrgeretur alijs innumeris curis de rebus grauissimis, & summoperè conducentibus Ecclesię, cui per annos ferè quadraginta in huius Aulę luce præclaram operam contulit, adeò spectandus in Claustro tot Sacros ob Coetus, quibus Consultor intererat, Episcoporum Examinator, Primus Vaticanæ Bibliotecæ Custos, vt famæ fulgore parum abesset à Purpura. Hanc deinde illustrauit insigni, præter sapientiam, religione, ac pietate, perpetua morum innocentia, diuinę gloriæ, atque Apostolicæ Sedis honoris ardentissimo studio in omnibus eius gestis, ac verbis promicante. Ineptus fuerim, si recensendis dotibus illis rudem hanc nuncupationem addicam, quæ illustrium Oratorum Panegyricos lacessit. Mei solùm Consilij est Lectoribus indicare ansam, quam habui eruditionis hauriendę ex huius lectione Operis, quod vt publici facerem iuris ab humanissimo Auctore flagitaui; neque abnuit quę ipsius erat mirifica in me, nil tale merentem, animi inductio. Admirabilius nihil vnquam contigit mihi, quàm cùm post vnum, aut alterum alloquium suas me in Ædes inuitantem audiui Purpuratum Ecclesiæ Senatorem, subterfugia omnia præpedientem, excusatio-

nibus

nibus nullis acquiescentem, vrgentem, ne cogentem dicam, vt prænobili earumdem parte donarer. Prodigiosę benignitati, quam non sine rubore commemoro, fuit obtemperandum, quamque alia innumera secuta sunt paternæ argumenta beneuolentiæ, atque vltro impensam præsertim Auctoritas ad aliena mihi, & grandia quidem beneficia impetranda. Ingrati portentum animi essem, nisi mente perpetuò recolerem, & lingua obsequentissima profiterer quæ Magno Principi debeo. Sapiens quidam affirmauit, Crimen ingrati animi proficisci ex perspicacia quadam in inuenienda causa beneficij collati: At ego, vtcumque blandiar mihi, fontesque causarum omnium introspiciam, omninò nullam inueniam. Adamantinis, ijsque suauissimis vinculis obstrictus, Immortali Memoriæ LAVRENTII Cardinalis DE LAVREA ferè nihil præsto, dum iuuenile, sed maximoperè proficuum eiusdem Opus Lectoribus eruditis exhibeo, quia omnia Militantis Ecclesiæ tempora, & statum diuersum in eo spectabunt, siue illa fluctuet, vt Arca in Diluuio; siue itineretur, vt Arca in Eremo; siue consistat, vt Arca in Templo.

CANDIDO LECTORI



ABES (Amice Lector) in hoc Volumine Indicem locupletissimum ad Annales omnes Cardinalis Baronij à claræ memoriæ Fr. Laurentio *Cardinali* de Lauræa *iam olim ad proprium commodum , faciliorem que rerum , & locorum indaginem accuratissimè elaboratum; eoque adhuc inhumanis degente meis precibus , nec non Reu. P. Bartholomæi Comando S. Theologiæ Magistri Ordinis Minorum Conuentualium , perpetui Parochi Basilicæ Sanctorum Apostolorum de Vrbe , eiusdem clar. mem. familiarissimi , benignitèr indulgente , quo prelo commissum euulgari posset. Censuis namque non parum profuturum studiosis Conciliorum, rerumque Ecclesiasticarum. Stat pro magna commendatione Operis nomen præseferre Eminentissimi , & numquam satis laudati Auctoris , Voluminum numero Reipublicæ litterariæ notissimi , quem ipsa seruitia Sanctæ Sedi insigniter præstita extulere ad purpuram; eoq; morte præuento, & consumpto laboribus multis die vltima Nouembris præteriti anni 1693. quo Typis adhuc integrè non fuerat expletum volui in obsequij mei monumentum tam gloriosæ eius memoriæ ipsum dicare. Aliud item volumen Auctoris, & quidem aureum, cui titulus.* Contextus Euangelicus , *in lucem prodere curat idem P Magister , qui alias librum de Oratione Christiana reimpressum eidem consecrauerat Intereà (Lector) fruere, & vale , Deumque exora prò tanti Viri æterna felicitate .*

Im-

Imprimatur


Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Sacr. Pal. Apoſt. Magiſtro.

S. Epiſcopus Interamnen. Viceſgerens.

Imprimatur.

Fr. Franciſcus M. Forlani Reuerendiſs. P. Fr. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Pal. Apoſt. Mag. Socius Ordinis Prædicatorum.

A



BAILARDVS hæreticus: *vide* Petrus Abailardus.

Abbates Monachorum aliquando non in sacris. De S. Eputio. *tom. 6. an.* 504.

Abbates Monasteriorum esse solebant etiam Episcopi. *tom.* 12. *an.* 1111. *fol.* 84.

Abbatibus Monachis cæpit ab Honorio III. concedi vsus Mitræ, & annuli. *to.* 13. *an.*1219. *fol.* 298.

Abiuratio facienda ab hæreticis cùm veniunt ad pœnitentiam. *to. 3. an.* 350. *fol.* 605.

Abiurans hęreticus debet detestari omnes hæreses, & manu propria subscribere iurans se seruaturum omnia, &c. *to.6. an.*458.*fol.*235. ita S. Leo I.

Abiuratio hęresum facienda à conuersis ad fidem Extr. de Gothis script. in Conc. Tolet.3. *tom.* 7. *an.* 589.

Abiuratio hæresum imponenda suspectis de illis, & iuramentum quòd eas non crediderint. *tom.*8. *an.* 601. S. Greg. *fol.* 145.

Abiuratio fieri solita ab hæreticis. *tom. 13. an.* 1210 *fol.* 194.

Abagarus Rex Edessæ conuersus ad fidem per Taddæum Apostolum. *tom.*1. *an.*43.*fol.* 310. & 311.

Abominatio desolationis à Christo designata, fuit Exercitus Romanus vastaturus Ierusalē. *t.*1.*an.*68. *fol.* 661. quia in lignis imagines ferebant, quæ erant Iudæis valdè aduersę &c.*an.autem* 72.*fol.*694. declaratur de alia abominatione, sed non tenetur, quia non subsistit.

Abominationem desolationis putauit Sophronius Episcopus Ierusalem esse Oratorium factum à Saracenis, quando eam cæperunt. *tom.* 8. *an.* 636. ipse enim erat Episcopus. *ibidem*.

Abstinentia magna à cibis, & vino vsi sunt Apostoli, in primitiua Ecclesia. *to.* 1. *an.* 57.*fol.*313.

Abstinentia mirabilis cuiusdam Sancti Episcopi Meldensis. *to.*13. *an.* 1213.*fol.* 230.

Abstinentia mirabilis cuiusdam Sanctæ, quæ per triginta dies sine cibo manebat cum solo Sacramento. *to.*13. *an.* 1213. *fol.*230. Idem dicitur de alia, quæ in Dominicis Eucharistiam sumens nil aliud percipiens per septem annos sic vixit. *to.* 13. *an.* 225. *fol.* 353.

Absolutio publici Pęnitentis à Diacono poterat dari. *tom.*1. *an.*56. *fol.* 437.

Ablutio manuum necessaria ante orationem olim.*to.*1.*an.*57.*f.*482.

Absolutio Excommunicationis non danda, nisi satisfiat Ecclesiæ mandato. *to.* 5. *an.* 275.

Albigenses hæretici, seu Tolosates prodierunt *an.* 1176. *tom.* 12. *fol.* 674. hæreses eorum. Non recipiebant Vetus Testamentum, neque de Nouo alia preter Euangelia, Epistolas Pauli, septem Canonicas Epistolas, Actus Apostolorum, & Apocalypsim; matrimonia facta ad euitandam fornicationem esse mala; iurandum nulliter esse; Episcopos & Præsbyteros non esse, sed lupos, eos, qui ordinabantur non habentes conditiones, & qualitates requisitas à Paulo, & alia innumera, vt in suis locis. Quomodo tractati, *an.* 1178. *fol.* 731. & deinceps Hæreses eorum. *to.* 13. *an.* 1204. Duos esse Deos, bonum, & malum; bonum nouo Testamento, malum veteri attribuebant: fuisse hunc homicidam, quia per diluuium, Pharaonem &c. Sodomitas &c. occidit. Ioannem Baptistam fuisse Diabolum. Patres antiquos fuisse damnatos. Mariã Magdalenã Concubinã Christi; Christum, qui natus est in Bethelem, & crucifixus, fuisse malum. Christum bonũ non fuisse in hoc Mundo, nisi solùm spiritualiter in corpore Pauli. Deum bonum habuisse duas vxores. Alij dicebant vnum esse Creatorem, & habuisse duos filios, Christum, & Diabolum. Sacramenta nulla dabant. Animas nostras esse spiritus Angelicos rebelles, qui remanserunt in aere. *tom.* 13. *an.* 1204. Contra eos missi diuersi Monaci, & Episcopi: occisus fuit F. Petrus de Castro nouo à Comite Raymundo Tolosano fautore hæreticorum. *tom.* 13. *ann.* 1208. *fol.* 178. Ideò Innocentius III. cogitat Sanctam Militiam contra eos armare *ibidem & seqq.* fit Militia Cruce signatorum. *fol* 178. & incipit bellum contra Albigenses, *ann.* 1209. *tom.* 13. *fol.* 186. per Comitem Monfortium. Comes Tolosanus fauebat Hæreticis Belli prosecutio *in seqq.* maximum bellum initum. *an* 1212 *tom.* 13. *fol.* 207. *&c* Cum 800. Monfortius Comes committit bellum contra Comitem Tolosanum cum 80. m & de istis cæsi 20. m. de illis octo tantùm. *tom.* 13. *an.* 1213. *fol.* 227.

Alcuinus, dictus Albinus, Anglus, Magister Caroli Magni putatur. *to.* 9. *an.* 778.

Alexandrina Ecclesia primum locum habuit post Romanam, quia nomine Petri per Marcum fundata est. *to.* 1. *an.* 46 *fol* 258.

Alexandrię tenebatur aperta Schola pro institutione Christianorum. *tom.* 2. *an.* 185. *fol.* 243.

Alexandriæ Episcoporum munus erat Ciclos Paschales Papæ nunciare, vt per totum Orbem hic significaret. *to* 3. *an.* 325 *fol.* 309.

Alexandrię Episcopus per Episcopos innumeros Ægypti eligi solitus. *an.* 326. *ib. f.* 341.

Ale-

Alle-

Angeli

Angliæ

Pla-

int libri Canonici(& quarè) recepti tamen à Sanctis Patribus, & primum locum obtinent post libros Canonicos: multa de hoc. *an.* 102. *fol.* 14. *&* 15. eorum authoritas magna. *ibidem*.

Apostolorum Canones citantes Papæ aliqui eos non nominant Apostolicos. Apocrifi habiti fuerunt à Papis aliquibus, ab alijs recepti. *ibidem fol.* 16. Illi autem Papæ, qui eos vt authenticos Apostolorum non receperant, tamen eis vtuntur. *fol.* 16. de numero Canonum controuersia: aliqui 60. tantùm dicunt, & ratio. Sexta Synodus 85. recepit.

Apostolici Canones citantur, & tenentur ab antiquis. *an.* 318. *fol.* 196. *& an.* 324. *fol.* 273. de translatione Episcoporum 50. approbati fuerunt à diuersis Pontificibus. *to.* 9. *an.* 787. *fol. fol.* 380. *vide infra*.

Apostolorũ Canones à Leone IV. recepti, & secundùm eos iudicari præcipit. *to.* 10. *an.* 855. *f.* 124. *fol.* 17.

Apostolorum Canones. num. 85. non fuerunt ab Ecclesia habiti pro authenticis, imò Gelasius inter apocrifa reijcit. *to.* 8. *an.* 692. & multi in sexto Concilio approbantur, vt aliàs ab Ecclesia approbati. *ibidem*.

Apostolorũ Canones obseruandi à Zaccaria Papa: citatur numerus &c. *to.* 9. *an.* 744. *fol.* 161. *& alius inf.* 162. *alius f.* 163. *alius* 164.

Apostoli certis controuersijs consessu, & consensu causas decidebant per sententias, ita in Hyerusal. congregati pro vsu legalium per 15. dies manserunt, & multa disposuerunt. *ibidem fol.* 18.

Apostoli Antiochiæ Synodum fecerunt, & multa statuerunt. *an.* 102. *fol.* 18.

Apostolicæ traditiones seruandæ, & quæ. *vide* Traditiones.

Apostolorum natalitia ab initio celebrari solita. *to.* 2. *an.* 286. *fol.* 670.

Apostolorum Octaua ab initio celebrata. *fol.* 672. *an.* 288.

Apostoli dicuntur Lucas, & Thimoteus. *an.* 336. *fol.* 460.

Apostoli licet pares essent electione, eis tamen præeminebat Petrus. *to.* 7. *an.* 538. *fol.* 280. Vigilius.

Apostoli non promissione tantùm sed verè à Christo habuerunt Spiritum Sanctum per insufflationem post Resurrectionem. *to.* 7. *an.* 553. *fol.* 411.

Apostolicæ litteræ, & genera earum multa. *vide* Litteræ.

Apostolicæ authoritatis titulo se nominabant Episcopi olim in Gallia. *to.* 8. *an.* 593. *fol.* 58. *&* 64.

Apostoli dicuntur omnes missi à Papa ad Infideles ad prædicandum. *to.* 8. *an.* 650. *vide* Sancti Gregorij vitã, & omnium Pontificum, &c. & *an.* 690. *to.* 8.

Apo-

Arabia

mentus est Appion in calumniam eorum, & Christianorum, quos ex illis esse dicebat. *to.* 1. *an.* 42. *fol.* 303. dicens etiam, quòd tempore Antiochi Epiphanes in Sancta Sanctorum in templo Hyerusalem Caput Asini fuit inuentum &c. Mendacium. *to.* 2. *an.* 201. *fol.* 285. idem tenuit Plutarcus &c. *ibidem* 286.

trologia iudiciaria, seu per aspectus prohibita. *to.* 1. *an.* 56. *f.* 444. strologia etiam ab initio Ecclesiæ prohibita (id est Iudiciaria) & per hoc Aquila Ponticus fuit eiectus ab Ecclesia. *to.* 2. *an.* 137. *fol.* 94.

tronomia, de ea tantùm à nobis sciatur, quantum sacræ Scripturæ alicunt, & hoc suffici; ta Cassiodorus. Multa de hoc. *tom.* 7. *an* 562.

hanasij labores, & electio in Episcopum. *to.* 3. *an.* 326. *fol.* 342. accusatur vt seductor. *to.* 346. eius persecutio ab Eusebio incipit. *fol.* 372. *an.* 327. multas calumnias patitur à Meletianis suis Musicis. *to.* 3. *an.* 329. *f.* 391. 92. & 93.

thanasius persecutionem iterum patitur, & calumniam per Ischiram, quòd Calicem fregisset, & mensam subuertisset. *t.* 3. *an.* 331. *fol.* 412. sed Ischiras se retractat. Item calumniâ de homicidio Arsenij. *an.* 332. *fol.* 415. 421. & *seq.* sed hic repertus viuus: erat Episcopus. *ibidem*. Athanasio scribit Arsenius. *ibidem f.* 418. Concilium Tiri contra Athanasium congregatur. *fol.* 422. & 23. & *seqq.* Calumnia contra eum per Ischiram, & occisum quemdam simulantem personam Arsenij: primus deponit de Calice fracto 425. Meretrix calumniatur de fornicatione, & reijcitur. Arsenius apparet viuus 426. Ipsimet Episcopi Iudices ferunt testimonium. 430. & *seq.* Testes alij subororati. *fol.* 433. in exilium mittitur: idem prosequuntur in Concilio Hyerosolimitano vbi conuenerunt ad dedicandam Ecclesiam. *f.* 439. 40. discedit à Tiro; pergit Constantinopolim, & non potest obtinere audientiam à Constantino, nisi equitante per viam. Constantinus iubet Episcopos venire Constantinopolim, & quia primæ calumniæ non subsistebant, aliam inueniunt, quòd minaretur impedire, ne frumentum ex AEgypto portaretur Cōstantinopolim. *an.* 336 *fol.* 444. Antonius Magnus scribit pro Athanasio ad Constantinum, nec exauditur. *fol.* 446. Treuiros abijt in exilium: ei patrocinatur Constantinus Iunior apud fratrem Constantium. 486. Pergit in Alexandriam. *fol.* 487.

Athanasius accusatus ad Papam Iulium ab Eusebianis, Arianis. *fol.* 494. De multis accusatur; Athanasius quomodo defenditur:

Auari-

naritia fuit causa cur tempore Decij multi idolatrarent, *tom.* 2. *an.* 353. *fol.* 418. *& seq.*

...uarus Constantinopoli in ægritudine vouit dare 30. libras argenti pauperibus: Sanatus dedit, sed pœnituit, & volebat recuperare. Amicus eius dicit, vade ad Ecclesiam, dicito, quòd non tu, sed ego dedi pecuniam, & ego restituam: iuit, dixit, sed statim ex Ecclesia egressus mortuus est. *to.* 7. *an.* 553. *fol.* 443.

...uenionis Pons super Rhodano mirabiliter factus. *vide* Pons.

Augustinus incidit in hæresim Manicheorum. *to.* 4. *an.* 377. *fol.* 378. *anno ætatis* 19.

S. Augustini conuersio præuisa à Sancta Monacha eius Matre. *ibidem an.* 383. venit Romam. *ibidem fol.* 492. Rethoricam docuit; sed quia discipuli ingrati non soluebant mercedem, pergit Mediolanum ad idem faciendum. *an.* 384. *fol.* 501. benignè recipitur ab Ambrosio. *ibidem*. Relinquit Manicheos, & transit ad Accademicos. *ibidem*. hi sequebantur Platonis Dogmata; omnium dogmata, quæ sibi videbantur consona Philosophiæ, acceptabant 502. Conuersus ad fidem, ex consuetudine cum Ambrosio, & duobus comitibus, qui ex lectione vitæ S. Antonij Abbatis conuersi erant: id accidit *an.* 385. *ætatis suæ* 31. *fol.* 505. baptizatur ætat. 33. ann. *an.* 388. *fol.* 573. tempore Paschæ. Cum Fortunato disputat, & superat. *fol.* 662. eius controuersię cum S. Hieronymo. *vide* Hieronymus. *& to.* 4. *an.* 594. *fol.* 706. Creatur Episcop. Hipponen. *an.* 395. *fol.* 5. *to.* 13. Libros de Ciuitate Dei scripsit: quot Christiani tempore Vandalorum afficiebantur opprobrijs à Gentilibus. *to.* 5. *fol.* 300. ab Hilario Syracusis in Sicilia excitatur ad scribendum contra Pelagium; & scripsit primò de peccatorum mer. & de Baptismo Paruulorum. *fol.* 326. moritur. *an.* 430. *to.* 5. *fol.* 554. multa de eius scriptis &c.

S. Augustini doctrina maximè commendatur à Cęlestino Papa: multa de hoc. *tom.* 5. *an.* 431. *fol.* 602. quia Gallicani quidam Presbyteri eam vt hæreticam damnabant. *ibidem &c.* De gratia, &c.

S. Augustini Corpus translatum in Sardiniā in persecutione Vandalica per Episcopos citatos. *t.* 6. *an.* 504. *fol.* 568.

S. Augustini fratres Eremitę tenebantur semper ferre secum Baculum; à quo onere eos liberat Innocentius IV. *tom.* 13. *an.* 1253. *fol.* 701.

S. Augustini non est liber de fide ad Petrum. *to.* 6. *an.* 517. *f.* 681. sed S. Fulgentij, & quare factus. *vide* Fidei liber.

S. Au-

S. Augustini doctrinam à Romana Ecclesia teneri secundũ Statuta Prædecessorum fatetur Ioannes Papa II.; & cum eius doctrina probat Trinitatem personarum. *to.* 7. *an.* 534. *fol.* 200. æqualitatem, & omnia de Trinitate &c.

S. Augustini Corpus, quod in Sardiniam tempore persecutionis Vandalicæ fuerat delatum à Sanctis Episcopis Africanis, redimitur magno pretio à Saracenis per Luitprandum Longobardorũ Regem. *to.* 9. *an.* 725. *fol.* 45. & Ticinum, seù Papiam fertur. Epistola integra Archiepiscopi Mediolanensis de hoc &c. & multa miracula per viam, & historia diffusa de hoc. *ibidem*, *& seqq.*

S. Augustini brachium à Papiensibus centum talentis argenti, & talento auri per Canutum Regem Daniæ emptum fuit, & missum Conuentriam. *t.* 11. *an.* 1027.

S. Augustini Corpus translatum de Ecclesia Sancti Petri in Cælo aureo ad Ecclesiam Mortariensem dictam solemni pompa. *t.* 13. *an.* 1228. *in fine*.

Aurei nummi omnium primo cum imagine Regis Francorum visi sunt, sine Imagine Imperatoris. *to.* 7. *an.* 549. *fol.* 371.

Aureus numerus constitutus est à Concilio Niceno ad inueniendum diem Paschæ. *to.* 3. *an.* 325. *fol* 310. est numerus 19. annorum: per istum numerum circulariter perpetuò sciri potest dies Paschæ &c.

Auspices, seù Augures magnam authoritatem supra Rempublicam habebant, & quam. *tom.* 3. *an.* 321. *fol.* 126.

Auxilium Dei non esse homini necessarium dicit Pelagius. *tom.* 5. *an.* 411. *fol.* 225.

Azimorũ solemnitas licet eodẽ die Paschæ celebrabatur à Iudæis, erat tamen solemnitas diuersa, *to.* 1. *fol.* 147.

Azimo in Sacramento vtebantur Armeni, non vt Latini, sed vt iudaizarent. *tom.* 10. *an.* 863. *fol.* 255.

Azimorum defensio. *tom.* 11. *an.* 1054. *fol.* 204.

Azimi, & fermentati disputatio longa, & pulcra habita Constantinopoli à Cardinali Numberto contra Græcos: illam habes *in to.* 11. *in append.* digna est, & exacta. *vide* Fermentum.

Babilonia

B

Babilonia de qua loquitur Sanctus Petrus in Epistola prima, est Roma. *tom.* 1. *an.* 45. *fol.* 347.

Baculum suum dedit Sanctus Petrus Martiali, quem misit in Gallias. *an.* 74. *fol.* 709.

Baioarij conuertuntur ad fidem (in partibus Borealibus sunt) per Rupertum. *to.* 7. *an.* 59.

Ballationes. *vide* Saltationes.

Balneo vtebantur etiam Sancti. *to.* 5. *fol.* 213. patet de Sancto Ioanne Euangelista, qui accedens ad Balneum, in quo erat Ebion hæreticus, noluit ingredi. *an.* 74. *fol.* 707.

Bamberga ex Synodi Francofordensis decreto erigitur in Episcopatum. *to.* 11. *an.* 1006.

Baptismus in nomine Christi datus in primitiua Ecclesia etiam fuit in nomine aliarum personarum. *to.* 1. *fol.* 222.

Baptizari Mortuos præcepit Montanus. *to.* 2. *vide* Montanus.

Baptizari nullus potest, nisi aqua, ideò ille Iudæi, qui æstuans amore baptismi ex carentia aquę in arena fuit obuolutus, cum verbis in nomine Patris &c. non fuit baptismus, sed rudium personarum simplicitas, & Baptismus tantùm flaminis. *t.* 2 *an.* 181. *fol.* 237.

Baptismi ceremoniæ de abrenuntiando Satanæ ab initio Ecclesiæ cœperunt fieri. *to.* 2. *an.* 201. *fol.* 284.

Baptismus tempore necessitatis vbicumque dari potest ex decreto Victoris Papæ. *to.* 2. *an.* 203. *fol.* 293.

Baptismum ab hæreticis datũ licet cum forma Ecclesiæ, primus omnium Agrippinus reprobauit Cartaginensis Episcopus. *to.* 2. *an.* 217. *fol.* 328. *&* 329. & facto Concilio Africæ, & Numidiæ Episcoporum, Canones de hoc fecit. *ibid. & anno* 258. *fol.* 523. *&* 24.

Baptismus ab hæreticis datus ex traditione Apostolica non erat iterandus. *ibidem fol.* 329.

Baptizatos ab hæreticis non recipiebat Africa. *tom.* 2. *an.* 217. *fol.* 329.

Baptizatum non fuisse Petrum Apostolum tenuit quidam sectator Nouatiani. *to.* 2. *an.* 254. *fol.* 481.

Baptismus Martyrij sufficit. *to.* 2. *an.* 255. *fol.* 485.

Baptizatos ab hęreticis olim multi tenuerunt esse rebaptizandos, inter quos Ciprianus: causa pro aliquibus huius fuit, quia hæretici rebaptizabãt baptizatos à Catholicis, sed Ciprianus ex alia causa, quia scilicèt non habent Spiritum Sanctum. *to.* 2. *an.* 258. *fol.* 522.

multas Terras Romanis, Arpinum, Soram &c. *tom.* 8. *ann.* 702.

Beneuentum à Pipino fuit donatum Ecclesiæ Romanæ. *to.*9.*an.* 755.*fol.* 229.

Beneuentum adhuc erat sub potestate Ducis Longobardi. *to.* 11. *an.* 789. *in fine*.

Beneuenti Ducatus datur Ecclesiæ Romanæ ab Henrico I. Imperatore, *to.* 11. *an.* 1014. *fol.* 48.

Beneuenti Ciuitas,&c. postea iterum data Ecclesiæ Romanæ ab Henrico Iuniore, & commutata pro Bamberga cum equo &c. *to.* 11.*an.* 1019.

Beneuentum semper fuit Papæ, sed oppugnatum. *tom.* 12. *an.* 1127. *&c.*

Beneuentum à Saracenis obsessum. *tom.* 10. *ann.* 847.*fol.* 55. sed ope Ludouici Galli, Italiæ Regis, Saraceni debellantur, & occiduntur. *ann.* 851. *fol.* 76.

Berengarius cœpit hæresim de Eucharistia vulgare. *an.* 1004. *to.* 11. à Rege Roberto prohibitus. Rege mortuo iterum suam hæresim promulgauit iuuante Andegaui Episcopo. *tom.* 11. *an.* 1035.

Berengarius damnatur cum suo Socio Brunone Episcopo. *to.* 11. *an.* 1035. deinde damnatur in Concil. Romano facto sub Leone IX. *to.* 11. *an.* 1050. detestatur hæresim in Concilio Turonensi facto à Legato Papæ. *an.* 1055. *to.* 11. sed redit ad vomitum. *ibidem* iterum damnatur in Concilio Romæ coram Nicolao II. vbi præsens detestatus est errorem; & forma detestandi. *to.*11. *an.* 159.

Berengarius abiuratus Romæ, & detestatus ibi hæresim de Eucharistia, confessus est in ea esse corpus, & sanguinem Christi post consecrationem. *to.*11. *an.*1059. sed postea iterum lapsus, tandem sub Gregorio VII. Romæ abiurauit hæresim, & absolutus est. *an.* 1079. *fol.* 527. mortuus est Catholicus. *tom.* 11. *an.* 1088. sed epitaphium ei factum eum laudat.

S. Bernardus à sæculo conuersus se recipit Cistertium cum 30. socijs annos natus 22. *to.* 12 *an.* 1113. *in fine* S. Bernardus enixè adiuuit Innocentium II. contra Petrum Leonis Antipapam ex anno 1128. &c. vsque ad finem vitæ Innoc. Miraculum contra arreptitium Monacum, qui ex tempore talis apparuit adueniente Papa ad suum Monasterium, & ex tempore illum Bernardus compescuit. *an.* 1131. *fol.* 219. Bernardus quanta operatus pro Sede Apostolica. *vide*, per totam eius vitam in annalibus. Electus fuit Dux belli Cruciatę in Conuentu Carnorensi. *tom.* 12. *an.* 1146. *fol.* 326. Calumniam pas-

passus, quòd Regi Galliæ prædixit victoriam cōtra Saracenos, & non fuit sic: excusatur &c. *to.* 12. *an.* 1149. *fol.* 367. in eius consolationem Deus fecit per eum miraculum illuminandi cæcum. Apologiam optimam pro se scribit &c. moritur anno ætatis circiter 63. *to.* 12. *an.* 1153. *in fine.*

Bethelem in spelunca natus est Christus. *tom.* 1. *fol.* 43. Huius Ciuitatis descriptio. *ibidem.* Aqua nata est in ea nascente Christo. *ibidem.* In quanto honore semper habitus locus. *ibidem.* Adrianus fecit in eo loco speluncæ ædificari Templum Veneris, & Adonidis, sed reddita Ecclesiæ pace mirè fuit locus exornatus. *to.* 1. *fol.* 44.

Bethelem erigitur in Episcopatum. *to.* 12. *an.* 1110. *in fine.* Dos ei data à Balduino Rege Hierusalem.

Biblia in linguam vulgarem translata magnæ hæreses oriuntur. Nam multi scientia inflati prædicare cæperunt enormia multa. *tom.* 13. *ann.* 1199. *fol.* 31.

Bibliotheca Constantinop. à Constantino ædificata, ab alijs aucta erat centum viginti millium librorum, quæ conflagrauit tempore Basilisci Imperatoris. *tom.* 3. *an.* 330. *fol.* 402.

Bibliotheca Constantinop. comburitur casu incendij tempore Basilisci Imperatoris intrusi. *an.* 476. erat in ea intestinū draconis longū 120. pedes, in quo litteris aureis erant scripta Homeri Poemata, Ilias, & Odissea cum historia rerum ab Heroibus gestarum. *to.* 6. *an.* 476. *fol.* 323.

Bibliotheca Romæ erat in Laterano: Gregorius II. fuit Bibliothecarius. *to.* 9. *fol.* 2. *an.* 714.

Bibliotheca Constantinop. erecta à Constantino Magno cum Bibliothecarijs exuritur à Leone Isauro Imperatore Iconoclasta. *an.* 729. *to.* 9. *fol.* 58. librorum trecenta, & tria millia erāt in ea. De intestino Draconis volumen, quod Iliadem Homeri, & Odisseam continebat. *ibidem.*

Bigamus nequit fieri Presbiter. *vide* Presbiter: neque Episcopus. *vide* Episcopus. Bigamia fuit prohibita, ne frequentius quis nuberet, non propterea erant inualida matrimonia: sed valida. *to.* 3. *an.* 314. *fol.* 140.

Biotanata idem est ac mortuus violenta morte. *tom.* 2. *an.* 138. *fol.* 96.

Birrus lacernus, est vestimentum Episcoporum. *tom.* 1. *an.* 57. *fol.* 479. Item. *tom.* 2. *an.* 261. *fol.* 566. & diffusè 568.

Bizacena Synodus celebrata. *an.* 541. *to.* 7. *fol.* 215.

Bizantium. *vide* Constantinopolis.

Blasphemi Ephesi lapidari solebāt.

Blasphemus Episcopus laica communione est dignus. *to.* 2. *an.* 258. *fol.* 519.

VIII. *tom.* 10. *an.* 878. *fol.* 535. Ideò Sanctum Ignatium Patriarcam monet; & sub pęna priuationis dignitatis, excommunicationis etc. prohibet ne se ingerat in Bulgaria. Ideo in litteris de Photij receptione hoc maximè inculcat; sed falsauit Photius. *an.* 879. *fol.* 564. *&c.*

Bulgariæ Ecclesiam vniuersaliter fuit sub Constantinop. tempore Theophilati. *an.* 1071. *fol.* 404. *to.* 11. *& an.* 1073. *fol.* 440.

Bulgari scissi à Romana Ecclesia inuitantur ab Innocentio III. vt redeant. *tom.* 13. *an.* 1199. *fol.* 41.

Bulgarorum Rex petit à Papa Coronam. *to.* 13. *an.* 1202 *fol.* 90. dicit Ecclesiam Romanam esse matrem eorum.

Bulgari Romanæ Ecclesiæ subiecti. *ibidem.*

Bulgariæ Rex petit à Papa Legatos, & vnum Patriarcham. *tom.* 13. *an.* 1203. *fol.* 99. *&* 100. eligitur, & facit iuramentum fidelitatis Papæ. Locus Episcopatus; & alij ei subditi. *an.* 1204. *to.* 13. *fol.* 122. & Rex subijcit suum Regnum Ecclesiæ Romanæ. Bulla aurea de hoc: *ibidem* Rex à Legato Papæ coronatur. *fol.* 124.

Bulgari à Græcis impediuntur, ne veniant Romam. *ibidem fol.* 123.

Burgundienses Populi Germani partem Galliç Rheno proximam obtinent.

C

Cabilonense Concilium Primum celebratur. *an.* 582.

Cabilonense Concilium Secundū celebratur. *an.* 662. *to.* 8.

Calabria à Sarracenis occupatur, & fit depopulatio. *an.* 827. *to.* 9. *fol.* 770. *vide* Saraceni.

Calabria adhuc sub Imperio Gręcorum erat de anno 976. *to.* 10. *& an.* 983. *tom.* 10. proptereà Otho II. Latinus Imperator bellum gerit cum Imperatore Græco, sed vincitur. *tom.* 10. *an.* 983.

Calabria superior, & inferior ab Henrico I. concessa Ecclesię Romanæ. *to.* 11. *an.* 1014. *fol.* 48.

Calabriæ Ducatus à Papa conceditur Roberto Guiscardo cum tributo: *vide*, Pontifex: *vide*, Robertus.

Calabriæ Inuestitura à Gregorio VII. data Roberto Guiscardo. *vide*, Robertus.

Calabriæ, & Apuliæ Inuestitura datur Vuillelmo filio Rogerij. *to.* 12. *an.* 1118. *& an.* 1120.

Calabriæ, & Apulię Ducatus mortuo Vuillelmo hærede Rogerij, & Roberti, à Papa iterum confertur. *tom.* 12. *an.* 1127. licet esset inuasus à Rogerio Patruo illius Comite Siciliæ: Sed postea à Papa habet Inuestituram. *an.* 1128.

tim

tim post duos annos fit.

Canonizatio fieri non potest sine iudicio, & sententia Romanæ Ecclesiæ; *tom.* 12. *an.* 1173. *fol.* 658. *&c.*

Canonizatio quo ritu fiebat; *ibidem.*

Canonizatio S. Bernardi Hildensheimensis Episcopi à Celestino III. *tom.* 12. *an.* 1195. *fol.* 878.

Canonizatio Sancti Homoboni ab Innocentio III. fit; *tom.* 13. *an.* 1199. *fol.* 29

Canonizationem de Cunegunde Augusta Virgine Vxore Henrici I. damnant maleuoli; *tom.* 13. *an.* 1200. *fol.* 60

Canonizare ad Papam spectat vel in Synodis, vel de consilio Cardinalium qui sunt apud S. Sedem; *ibidem.*

Canonizatio Sanctæ Cunegundis præfatæ. *ibidem. fol.* 6.

Pontifices quando Canonizatos in Cathalogo Sanctorum adscripserunt, non dicebant eos videre Deum, vsque ad Benedictum XII. & tamen meritis eorum, & precibus se commendabant ipsi Pontifices, vt de Cunegundis Canonizatione, & alijs videtur. *ibid.*

Canonizatio cum diligenti miraculorum Inquisitione fieri solita; *to.* 13. *an* 1224 *fol.* 346.

Canonizatio non festinanda, sed cum maturitate facienda: *to.* 13. *an.* 1225. *fol.* 355.

Canonizatio præuia Inquisitione de vita, & miraculis facienda; *ibidem.*

Canonizatio Sancti Virgilij Episcopi Salisburgensis à Gregorio IX. *to.* 13. *an.* 1232. *fol.* 449.

Canonizatio cum maxima maturitate, ac diligentia facienda. Depositiones de virtute meritorum, & miraculorum habendæ. Gregorius IX. *to.* 13. *an.* 1238. *fol.* 521.

Canonizatio Sancti Petri Martyris ab Innocentio IV. Ordinis Prædiatorum Miracula multa; *to.* 13. *an.* 1253. *fol.* 697.

Canonizatio Sancti Stanislai Episcopi, & Martyris Cracouiensis, ab Innocentio IV. *tom.* 13. *an.* 1253. *fol.* 695.

Nota. Cardinalis Reginaldus resistebat Infirmato ad mortem apparet Sanctus Stanislaus, eumque corripit, qui statim sanatus iuit ad Papam cum omnium admiratione, & præcatus est vt canonizaret.

Nota 2. quòd cùm facienda esset Assisij in Ecclesia Sancti Francisci Canonizatio, quidā adolescens erat in Ecclesia inductus vt sepelliretur. Papa præcatus est Deum, vt si vera essent quæ de Sancto Stanislao dicebantur, suscitaret illum mortuum, & statim suscitatus est; ibidem.

Canopus Deus quis erat; *vide* Dij.

&

consueuit quilibet Rector Ecclesiæ, etiam extra Romam; *to. 9. an. 744. fol. 164.*

Cardinalis Anastasius Præsbyter Sancti Marcelli deponitur in Concilio à Leone IV. quia per septem annos aberat à sua residentia; *to.* 10. *an.* 853. *fol.* 99. cum Ludouico Imperatore manebat, & vocatus à Papa noluit venire: multa de hoc; *fol.* 100. *& seqq.* qui non pęnituit, imò post mortem Papæ inuasit Sedem; *fol.* 103. totum factum; *to.* 10. *an.* 855. *fol.* 130. *& seqq.*

Cardinales assimilantur 70. Senioribus: Papa verò Moysi; *to.* 10. *an.* 882. *fol.* 581. eorum iurisdictio in titulis; *ibidem.*

Cardinalium tituli in Vrbe; *to.* 10. *an.* 886. *fol.* 617. *&* 19.

Cardinales dicuntur tales, quia Cardini illi, quo omnia in terra mouentur, idest Pontifici, adhęrent. Leo IX. *to.* 11. *an.* 1053. *fol.* 197.

Cardinales Romæ quomodo dispositi. Pro Ecclesia Sancti Ioannis Lateranensis erant septem Cardinales Episcopi, qui nunc sunt propè Romam, addito Cardinali Sanctæ Ruffinæ, seu Siluæ Candidę. *to.* 11. *an.* 1057. erant hebdomadarij, &c. per singulas hebdomadas exercebant munus Papæ &c. dicti Collaterales.

In Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris septem Cardinales Presbyteri, & qui. In Ecclesia S. Petri septem Cardinales Pręsbyteri. In Ecclesia S. Pauli septem Cardinales Pręsbyteri. In Ecclesia S. Laurentij extra muros septē Cardinales; præter istos duodecim Cardinales Diaconi Regionarij dicti Subdiaconi Cardinales vnus, & viginti & officia eorum: qui nam hi erant; *ibid. to.* 11. *an.* 157. *fol.* 236.

Cardinalitij tituli qui; *ibid.* Cardinales Archipręsbyteri; *ibid.*

Cardinalium, & Episcoporum lauta conuiuia reprehendit Damasus; *to.* 11. *an.* 1061. *fol.* 290.

Cardinalis Hugo Candidus Scismaticus cum Cadaolo, recipitur pęnitens ab Alexandro II. *to.* 11 *an.* 1064.

Cardinales decem, & tres faciunt scisma contra Papam Greg. VII. *to.* 11. *an.* 1078. Cardinalis Benno erat caput, *&c.*

Cardinales etiam fiebant Abbates Monacorum; *to.* 11. *an.* 1087. *fol.* 599.

Cardinales Pręsbyteri, & Diaconi etiam in alijs Ecclesijs erant; *to.* 12. *an.* 1104. *in fine.*

Cardinales Scismatici quomodo adhęrent Antipapæ; *to.* 12. *an.* 1130.

Cardinalibus tenentur præstare obedientiam Clerici, & Cappellani in eorum titulis; *to.* 12. *an.* 1148. *fol.* 361.

Cardinalis Octauianus de Comitibus Tusculanorum scisma parat contra Hadrianum IV. *to.* 12. *an.* 1155.

Car-

inter

Ca-

in

tio à Theophilo, qui iudicandus ab eo accitus erat ex Alexandria; *to.*5. *an.*403. *fol.*170. contra eum multa allata capita; & damnatus fuit à Conciliabulo Episcoporum AEgyptiorum; *fol.* 174. & 75. Pellitur in exilium; *fol.*176. sed ob seditionem Cõstãtinopolis Ciuium, & magnum terręmotum per Imperatorem reuocatur: *fol.* 176. pulchram habet orationem; *fol.* 177. quomodo reuocatur, quo ritu; *fol.* 176. Aduersatur dedicationi Statuę Eudoxię, & multa patitur ab Augusta, Theophilo, & alijs &c. *fol.* 188. *& seqq.* quo impetu, & furore exturbatus est, & expulsus; *fol.* 190. *&c.* Ipse appellat ad Papam; *fol.* 192. per Sicarios compręhendi iubetur; *fol.* 196. *&c.* Optima oratio contra Eudoxiam. Dum discedit, ignis peruadit per Cathedram, deindè in altum ascendens comburit Ecclesiam; *fol.* 198. & alius creatur Episcopus Constantinopolis; *fol.* 199. Cucurum Oppidum Ciliciç fuit primus locus sui exilij; *fol.* 212. & 15. Mira passus incomoda per viam; *fol.* 213. 14. *&c.* Innumeri Episcopi, Pręsbyteri, & Monaci cauent ab eius communione, & expellunt; *fol.* 213. *&c.* Persecutores illius malè perierunt; *fol.* 219. & 20. Eudoxia in partu fœtido emisso mortua. Vrna sepulchri mouebatur, &c. *fol.* 220. Alia mala quæ patitur Chrisostomus *fol.* 225. ex Arabisso Pyuntem mittitur, licet esset ægrotus: malè tractatur à militibus; *fol.* 254 & 55. Sed perueniens Cumanam ibi mortuus est 254. Multitudo magna Monachorum Virginum, & aliorum cò conuenit; *ibid.* eius virtus, vita, scripta, &c. sed Arcadius eius persecutor à Papa excommunicatur sicut Eudoxia; *fol.* 258. Multa de vita Chrisostomi: deinde Arcadius anno sequenti ætatis 31. annorũ moritur; *fol.* 265. Theophilus eius persecutor, licet fuerit à Papa excõmunicatus, quia tamen pęnituit, etiam in honore fuit habitus. Multa de hoc; *to.* 5. *fol.* 346. Corpus eius translatum est e Cumanis Constantinopolim; *an.* 438. *to.* 5. Immobile permanebat: ad epistolam, & preces Imperatoris fit mobile: portatur Calcedonam, imponitur in Nauim, & orta tempestate Nauis appulit propè Agrum viduæ, quod ab Eudoxia fuerat acceptum. *fol.* 664.

Christi natiuitatem multa prodigia pręcesserunt; *fol.* 9. 10. *et* 11. Christi genealogia vera, & quæ falsa: Appen. *fol.* 12. *n.* 33.

Christi natiuitas quo anno accidit; *fol.* 28. *tom.* 1. *et fol.* 33. 34. *etc.* sub quibus Consulibus, *ibid.* & controuersia soluitur, *ibidem*, *et seqq. vide* Anni.

Christi natiuitas qua die accidit con-

Chri-

lita-

nus

ortum habuit ab Eutichete dicente naturas in Christo confusas, & sic incorruptibilem.
Christum fuisse culpabilem ante Resurrectionem dicebant Hæretici. Anath. Vigilius. *to.* 7. *an.* 553. *fol.* 417.
Christo affuisse Deum per pręsentiam, & operationem. ijdem hæret. Anath. Vigilius; *ibidem*, quia erat Deus.
Christo gustante mortem diuinitatem fuisse separatam ijdem hęret. Anathem. Vigilius: *ibidem*.
Christum per opera meruisse coniunctionem cum Deo: ijdē hæret. Anath. Vigilius, quia Deus ab initio &c.
Christum adoptiuum filium dicunt ijdem. Anath. Vigilius; *an.* 553. *to.* 7. *fol.* 418, 19. *&* 20.
Christum virtute Spiritus Sancti factum immaculatum ijdem hæret. Anath. Vigilius. *tom.* 7. *ibidem*.
Christum duo esse, & vnum assumptum ab alio; ijdem hæret. Anath. Vigilius; *fol.* 418. *ibid.*
In Christo Deum esse vnitum affectu voluntatis, ideò Maria dicitur Mater Dei: ijdem: Anath. *ibidem*, *& fol.* 421.
Christum natura hominem, gratia Deum esse. ijdem. Anath. Vigil *fol.* 419.
Christum esse duos filios: ijdem Anath. *fol.* 419.
Christum non esse Saluatorem quomodo Deus, ijdem. Anath. Vigilius. *fol.* 419. *to.* 7.
Christum non differre à cæteris hominibus nisi per gratiā. Anath. *fol.* 420.
Christum non esse vnum, sed duo *fol.* 420. Anath.
Christi tunica inconsutilis quando, & vbi reperta. *an.* 593. *t.* 8. *fol.* 48.
Christus descendens ad inferos eos tantùm liberauit, quos viuentes in carne per suam gratiā in fide, & bona operatione seruauit: falsum est, quòd liberauit omnes existētes in inferis, qui cum tunc confessi sunt S. Gregorius I. *to.* 8. *an.* 596. *fol.* 101.
Christi Imago miraculosè effigiata; *an.* 610. *tom.* 8. Ea in bello vsus est Heraclius. *ibidem*.
Christum vnam operationem habuisse visus est docere Sergius Episcopus Constantinopolitanus ex dicto Heraclij Imperatoris; *tom.* 8. *an.* 622. *fol.* 261. Error hic peculiaris erat Eutichianorum, qui vnam asserentes naturam, vnam dicebant voluntatem. *ibidem*. Erat etiam Nestorianorum, qui Verbum per affectum tantum dicebant Christum vnitum, & vnam dicunt voluntatem Cchristi: & ita patet, quòd omnes hęretici vniuersaliter Eu. thichiani, & Nestoriani huic errori adhærebant; *vide* Monothelitę. Cirus Alexandrinus Episcopus, & Sergius Constantinopoli-

Christi

Cla-

an. 328. *fol.* 388.

Clericorum, & Monacorum Officia præstantiora sunt inter Christianos ex D. Ambrosio; *tom.* 3. *an.* 328 *fol.* 388.

Clericis ex Curia ad Clericatum transeuntibus Immunitatem post decennium concesserunt Imperatores; *to.* 3. *an.* 365. *fol.* 185.

Clerici abstinere debent à cibis lautis; *tom.* 4. *an.* 367. *fol.* 202. Multa de hoc.

Clericorum delicatorum, & lautorum conuersatio cauenda ex Hyeronymo; *to.* 4. *an.* 385. *fol.* 507.

Clerici quaudo & de quibus, ac quare soluebant tributum Imperatoribus ex Ambrosio; *tom.* 4. *an.* 387. *fol* 538. *vide* Sacerdos.

Clericos non fieri hæredes, nec Ecclesias statuit semel Theodosius,& quare; *t.*4 *an* 390. *f.*637.& postea suasu Ambrosij reuocat. *ibidem*, & quia Valens id confirmat Marcianus abrogat; *to.* 6. *an.* 455. *fol.* 209.

Clericorum vestes neq; pulli(idest nigri) coloris esse poterant, neque candidi ex Sancto Hyeronimo; *to.* 4. *fol.* 686.

Clerici ditiores in Ecclesia quàm fuerint in sæculo non laudantur; *to* 6. *an.* 397. *fol.*42.

Clericos debere vacare operi manuali decreuit, & quare, Concil. Cartaginense 5. *to.* 5. *fol.* 63. *an.* 398. & hoc quia malè intelligentes Euangelium Matthæi 6. docebant non laborandum &c.

Clericos tondere capillos, & barbam decernit Concil. Cartaginense 5. quia incedebant inuisi; *to.* 5. *fol.* 64.

Clericos non teneri ad Cęlibatum dicit Vigilantius; *to.* 5. *fol.* 249.

Clerici priùs non cingebantur renibus vt nunc, nec palliati incedebant, imò aliquos id vsurpantes Papa redarguit: in Gallia id erat; *tom.* 5. *fol.* 512. *an.* 428.

Clerici non debent scribere res suorum temporum; *to.*6. *an.*474. *fol.* 306.

Clericorum peccata grauiora quã Laicorum; *tom.* 6. *an.* 496. *fol.* 513.

Clerici ex bonis Ecclesiæ viuebant, postea portiones quoad viuerent cęperunt habere. *vide* Beneficia.

Clerici tracti ad Tribunal sęculare per Reges Gothos, sed postea Papæ suasu abstinuerunt; *to.* 7. *an.* 577. Atalaricus, & Fęlix Papa.

Clericos per se ipsos adimplere diuina Officia nocturna, diurna, &c. decreuit Imperator Iustinianus; *to.* 7. *an* 5 8.

Clericorum incontinentia quomodo refrenatur in Concil. Generali Anglic. facto authoritate Papæ; *tom.* 10. *an.* 970.

Clerici Latini Mediolanenses vacabant coniugijs, quod improbatum

Co-

36.

De

gre-

Concil.

Nota. Photiani per 8. *Concilium intelligunt illud Conciliabulum, quod fecit Photius restitutus in*

 Sede

Sede à Ioanne VIII. Ita etiam Scismatici Græci. ibidem fol. 444. *Et sic circumferunt vsque ad hodiernam diem; quia Photius cùm fuit restitutus, acta Concilij Legitimi abscondidit, & suum Concilium pro 8. Synodo euulgauit, &c.* to. 10. an. 879. fol. 554. & 567. *fecit autem illud de mandato Papæ vt reciperetur à Concilio in Sede, sicut à Papa fuerat restitutus: fuerunt præsentes Legati Papæ, sed Photius litteras Papæ falsauit ad libitum, vt in an.* 879 *in eo detestata sunt omnia Concilia facta ab Hadriano II. contra Photium, & Legati Papæ subscribunt. Nota etiã quòd hoc Concil. putatur potiùs confectum, quàm factum verè, tamen Ioannes Papa declarat irritum totum id, quod factum fuit præiudiciale Sedi Apostolicæ;* fo. 573.

Concilium Romæ fit tempore Ioannis XII. sine Papæ licentia, ipso absente, & præsente Othone primo Imperatore: deponitur Ioannes XII. & eligitur Leo quidam. Multa de hoc; sed caruit effectu; *tom.* 10. *an.* 963. postea Ioannes ipse aliud fecit Concilium, & omnia rescidit; deposuit Leonem VIII. omnes Scismaticos puniuit; *an.* 964. multa in hoc Concilio.

Concilium Mantuæ fit à Papa Alex. II. vt se purgaret à calumnijs. *to.* 11. *an.* 1064.

Concilium Lateranense fit à Paschali II. vt suam fidem purgaret &c. circa priuilegium concessũ Regi Henrico de Inuestituris Ecclesiasticis; *to.* 12. *an.* 1112.

Concilia Prouincialia damnant concessionem Inuestiturarum factam à Papa Regi Henrico; *tom.* 12. *an.* 1112.

Concilium Generale Lateranense primum; *vide* Lateranense.

Concilium Generale Lateranense secundum; *vide* Lateranense.

Concilia Generalia &c. non posse ab Imperatore cõgregari: et si aliquando id fecerunt, suadentibus Catholicis factum est; *tom.* 12. *an.* 1159 *fol.* 437. & tamen Fridericus Imperator in electione Alexandri III. facta cum scismate Octauiani insinuauit Conciliũ; *ibid.* tamen nullus Laicus in eo fuit; *an.* 1160. *fol.* 456.

Concilium Generale Lateranense 3. indictum ab Alexandro III. ad purganda multa post scisma; *to.* 12. *an.* 1178.

Conciliũ hoc de se habet 27. Canones: aliæ 50. sectiones ab alijs Pontificibus sunt additæ; *to.* 12. *an.* 1179. in principio: tribus diebus finitum est hoc Concilium; *ibidem: & fol.* 744. Græci Scismatici non venerunt nisi pauci; *vide* Græci.

Concilium Generale Lateranense 4. indicitur ab Innocentio III. *an.* 1213.

an. 1213. pro anno 1215. *to.* 13. *fol.* 216.

Ad Concilium Generale non solùm Episcopi, sed Diaconi &c. aliarum Ecclesiarum vocari soliti; *ibidem*; Pro liberanda Terra Sancta magis quàm ob aliud factum fuit; *to.* 13. *an.* 1214. & 1215. Episcopi fuerunt 412. Abbates 800. Metropolitani & Primates 71. *ibidem*. Item Oratores Principum, & qui &c. Patriarchę, &c.

Conciliū generale Lugduni congregatur ab Innocentio IV. an. 1245. ob succursum Terræ Sanctæ. Ob hæresim Imperatoris Friderici II. & alia Imperatoris crimina; *to.* 13. eodem anno.

Conciliabulum fit Herbipoli iussu Imperatoris pro recipiendo Papa Scismatico Paschali dicto; *tom.* 12. *an.* 1166. *fol.* 525.

Concio olim determinari solebat cum oratione, & gratiarum actione; *to.* 4 *an.* 371. *fol.* 294.

Concionem audiri posse ab omnibus in Ecclesiā, siuè Iudæis, siuè Hæreticis, siuè Gentilibus decernit Concil. Cartaginense 3. *to.* 5. *an.* 398. *fol.* 65.

Concordata inter Calistum II. & Imperatorem de Inuestituris Ecclesiarum; *to.* 12. *an.* 1122. multa, & digna.

Concordata Regum cum Sede Apostolica cum quibus clausulis facienda; *vide* Reges.

Concordata Papæ Clementis III. cum Senatu, & Populo Romano multa. Et multa retinent pro se Romani, dum alia concedunt Papæ; *tom.* 12. *an.* 1188. *fol.* 812.

Concubitus promiscuos docebant licitos, & alia scelera, Gnostici *to.* 2. *an.* 120. *fol.* 70.

Confessionis necessitas post peccatum; *to.* 1. *an.* 56. *fol.* 435. Patres innumeri, qui de hac necessitate Confessionis tractarunt; *ibid.* Græci, Latini &c. 436. & 37. Patres omnes id affirmant; *ibid.* ex principio Ecclesiæ; & 438. 442. 43. &c.

Confessio duplex, secreta, & publica; *ibid.* ex PP. secretè facienda; *ibidem fol.* 442.

Confessionem abrogatam esse in Ecclesia tempore Nestorij falsum est; *ibidem* 439. Socrates id dicit, quia Nouatianus; *ibid.* Patres contrarium dicunt; *ibid. fol.* 440. tempore Sanctis Ioannis Chrisostomi aderant Constantinop. *ibid.* & *seq.* 442.

Confessio secreta cur à Chrisostomo dicitur Deo facta; ad differentiam publicæ; *ibid.*

Confessio cuiusdā Matronæ Constantinopoli reuelata; & ideò Pœnitentiarius remotus fuit; *to.* 4. *fol.* 656.

Confessionem non publicam, sed secretam faciendam esse decreuit Leo I. *to.* 6. *an.* 459. *fol.* 245. Multa de hoc: non tamen dicit

 publi-

ctus quartus Episcopus. *ibid.*

Constantinopolitanæ Vrbis Episcopi electionem multi Episcopi sibi vsurpabāt; *t.3.an.*340.*f.*504.

Constantinopolis vna vice fuit per Saracenos Catholicos liberata à Gothis; *tom.* 4. *an.* 378. *fol.* 390.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ paci semper nauauit operam Papa, tollēdo hæreses; *t.*4.*a.*381.*f*427.

Constantinopolis olim Bizantium erat sub Metropoli Heracleæ; *to.* 4. *an.* 381. *fol.* 431.

Constantinopol. Episcopum habere primum locum post Pontificem, eo quòd sit noua Roma decernit Concil. Constantinopolitanum primum, *tom.* 4 *fol.* 381. *an.* 431. Multa de hoc; sed Concil. Romanum sub Damaso in sequenti anno dicens esse Alexandrinum secundum, Antiochenum verò tertium, nihil dicit de Constantinopol. &c. *fol.* 463.

Constantinopolitanum 2. Concil. Generale quintum congregatur ad vniendam Ecclesiam diuisam per quęstionem de tribus capitulis: quæ sint ista. *vide* tria Capitula; *to.* 7. *an.*553 *fol.*397. Vigilius Papa erat Constantinopoli, sed renuit esse præsens, & quare, *vide* Pontifex: *vide* Vigilius: Hoc Concilium quamdiù Papa renuit non fuit legitimum: quandò verò consensit: idest quandò suum constitutum fecit Vigilius, damnans hæreses Theodori, Theodoreti, Ibæ, &c. & acceptauit Concilium ipse, vel Successor Pelagius, fuit legitimum; *fol.* 436.

Concilium hoc non laudatur, sicut alia quatuor, quia non fuit actum de Fide, sed de personis, *ibidem*: est tamen Oecumenicum, *ibid.* multæ rationes, *ibidem*, & *fol.* 437. Concilium hoc ab Origenistis fuit mutilatum, quia multa habet contra eos. Item à Monothelitis, quia expresè duę voluntates, & operationes Christi manifestantur; *fol.* 440. & 41 Concilium hoc confirmat ipse Vigilius. Idem, *to.* 7. *an.* 572. *fol.* 542. ideò à multis tunc non nominabatur.

Constantinopolis erat olim Parochia Heracleæ Thracię. Priùs Bizantium à Seuero Perintheis post captiuitatem subiectum; *to.* 3.*an.*324.*fol.*264. A Constantino facta Vrbs. Constantinopolis à Constantino dicta &c: & in Vrbē, ac Patriarcatum euecta, *ibidem.* dicunt aliqui, sed falluntur, dicentes esse primam post Romanā, vt infra. Anatolius id sibi tentauit arripere post Concil. Calcedonense, cui restitit Leo M. *ibidem*. Ideò concluditur hoc non habuisse à Constantino: multa de hoc: multa de Bizantio, *fol.* 270. Erat priùs nobilis Ciuitas: à Seuero indignato, quia fauis-

fauisset suo Aduersario, redacta in vici formam: sed ab Antonio Caracalla in pristinum restituitur, postea à Gallieno iterum pessumdata, vt nulla antiqua familia remanserit; sed ab eodem restaurata fuit: Constantinus verò mirificè magnificauit.

Constantinopolitana Ecclesia in Concilio Niceno I. neque nominatur inter primas, & Patriarcales; *to.* 3. *an.* 325. *fol.* 318. *&* 19. hinc frustra præsumebat, postea Primatum, cùm neque Apostolica esset.

Constantinopolis sic cępit nominari *ann.* 325. quando fuit dedicata B. Virgini ab Episcopis multis, qui fuerunt in Concilio Niceno, & dicta noua Roma; *to.* 3. *an.* 325. *fol.* 333. Dedicata fuit *an.* 330. *fol.* 395. Die decima Maij facta est dedicatio. *ibid.* quomodo dedicata, *ibidem* quomodo consecrata, & ornata, *ibidem fol.* 397.

Hieronymi cũ Augustino discordia cœpit ex malo affectu nobilium Originistarum (quos impugnabat Hieronymus) qui Alipio Peregrino in Hierusalem dixerunt multa contra Hieronymum, quòd esset tumidus, fastu plenus, & quòd opus erat, vt aliquis scriptis eius opponeret; putantes Augustinum Alipij amicum ad hoc trahere, & audaciam eius frangere, ac à Cathedra remouere; *to.* 4.*an.*394.*fol.*707. Augustinus cœpit scribere Epistolam ad Hieronymum, amicam quidem, sed salibus plenam, quasi eludens quomodo Latinus potuerit reserare hæbraicos fontes; vt fecit Hieronymus qui primus fuit in hoc; & eum quasi carpit, quòd priùs laudauerat Origenem, postea verò damnabat; *ibid.* deindè reprehendit Hieronymum quòd dixit reprehensionem factam à Paulo Galat. 2. factam fuisse per simulationem, *ibidem*, & in alia epistola alia reprehendit, & hortatur recantare Palinodiam: quæ litteræ priùs sparsæ fuerunt per Orbem, quã delatæ Hieronymo; quod fraude inimicorum Hieronymi factum est: tandem Hieronymus conqueritur de hoc: tamen vocat illum amicum, ætate filium, dignitate Parentem: Augustinus replicat, petens veniam, &c. *fol.* 708. Rursus Augustinus reprehendit Hieronymum, quòd explicans Ionam loco hedera cucurbitam posuisset, de quo multi erant commoti, quia antiqua versio ita dicebat. Addens, quòd melius faceret, si Græ a redderet Latinè, quam si Hæbraica; *ibidem* 709. Hieronymus scribit Apologiam validam, & se defendit. Insuper Hieronymus sugillat Augustinum, quòd assereret cum Ebionitis, &c. conuersos ex Iudæis licitè potuisse vti legalibus; Augustinus se defendit, &c. Charitas inter eos nunquam excidit *fol.* 710. Ipse verò cognouit hæresim Pelagij; *to.* 5. *fol.* 325. maximè veneratus fuit

Hispa-

In Hispania Tirannus se facit Regem fauore Populi Ildericus; *to.* 8. *an.* 673. sed Bamba vincit *an.* 674. in Gallia Narbonensi id accidit, quæ sub Gothis adhuc erat: *an* 674.

Hispaniæ Reges ab Episcopis, & Primatibus Regni eligendos statuit Concilium Toletanum octauum; *tom.* 8. *an.* 653. *fol.* 440.

Hispaniarum Ecclesiarum diuisio facta sub Rege Bamba, in Concilio Tolet. vndecimo; *an.* 675. & 680.

Hispanias inuadunt Saraceni cum classe 270. Nauium, sed victi ab hoc Rege, & classis incensa funditus; *to.* 8. *an.* 675.

Bamba post annos 8. renunciat, & fit Monacus; *an.* 683. Eruigius regnat, *ibidem*;

Hispaniæ Reges ab antiquo soliti nominare Episcopos pro Ecclesijs Hispaniensibus ex tempore Gothorum; *tom.* 8. *an.* 681. *fol.* 561. & Toletanus ordinabat: Hispani Episcopi, & Archiepiscopi noluerunt esse subditi alij quàm Papæ; *tom.* 8. *an.* 681. *fol.* 562.

Hispaniarum Reges ab Episcopis Concilij Toletani decimitertij voluerunt declaratum quas caussas possent ipsi iudicare; *tom.* 8. *an.* 683. *fol.* 573. & 74.

Hispaniarum Episcopi recipiunt cum humilitate decreta Fidei Conciliorum missa à Papa; *tom.* 8. *an.* 683.

Eruigio mortuo succedit Epicanis; *tom.* 8. *an.* 687. Hic in Concilio Toletano decimoquinto humi prostratus manebat, se commendans orationibus Episcoporum; *an.* 688. maximè commendantur eius virtutes *ibidem*.

Hispaniæ Reginæ transire non poterant ad secunda vota mortuo primo marito ad euitandam Tyrannidem; *to.* 8. *an.* 691.

Hispaniarum Episcopi iuramentum fidelitatis præstabant Regibus; *to.* 8. *an.* 693.

Epicane mortuo, Vitizza succedit; *an.* 701. filius Epicanis, fuit nequissimus: hic pręcepit ne vllus in Regno obediret Romano Pontifici; *to.* 8. *an.* 701. *fol.* 640. Lasciuijs, Tyrannidi, &c. deditus plures vxores habuit, & concubinas, & alijs idem facere præcepit, &c. ratio cur defecerit; *ibidem*.

Vitizza mortuo succedit Rudericus similis Vitizzæ; *tom.* 8. *an.* 710.

Hispaniæ à Saracenis inuaduntur; *an.* 713. *to.* 8. vnde moti: *vide* Saraceni.

Hispaniæ Reges cœperunt in pessimum statum declinare quando obedientiam Papæ negarunt, & Saracenis subiecit illos Deus; *to.* 8. *an.* 713.

Hispania tota à Saracenis subiugatur;

gatur; maxima clades, &c. *to.* 9. *fol.* 10. *an.* 716. impia seruitus, & calamitas, &c.

Hispaniæ Prouincia Asturia, quæ in Montibus est, vbi fugitiui à Saracenis erant: eligunt Pelagiũ Regem, licet paucissimi essent, vt cum Saracenis pugnaret; *to.* 9. *fol.* 19. *an.* 718. & hic Dei auxilio incipit habere victorias, & suscitare Hispanos.

Hispaniæ Rex Adelphonsus Gener Pelagij pius, &c. victorias obtinet de Saracenis; & incipit dilatare regnum, & Religionem. *an.* 738. *fol.* 122. *to.* 9.

Hispaniæ Rex dicitur Catholicus hac de causa; quia Reccaredus Rex Gothus Arianus conuersus ad Fidem Catholicam induxit suos ad eam, & à Concilio Toletano acclamatus fuit Catholicus. At dum post Saracenorum deuastationem per totam Hispaniam, Adelphonsus de stirpe Reccaredi, amplians Religionem à Saracenis conculcatam, voluit & esse etiam, & dici Catholicus. Deindè cùm hoc nomen non esset in vsu Regum Hispaniæ, Ferdinandus Aragonius Rex à Iulio secundo obtinuit, vt esset hæreditarium Regum Hispaniæ; *to.* 9. *an.* 738.

Adelphonsus moritur, erat in Gallęcia; *an.* 757.

Succedit Froilas filius eius, *ibid.* vincit Saracenos: quinquaginta-quatuor millia occidit; *to.* 9. *an.* 757.

Alphonsus castus regnat in Galęcia; *to.* 9. *an.* 783.

Vincit Saracenos in Hispania; *to.* 9. *an.* 793. multa eius pia facta hìc & ante, &c.

Hispani malè habiti à Saracenis fugiunt ad Gallos, & quot Colonias ab eis obtinent in Catalania, & alijs locis; *to.* 9 *an.* 815.

Hispaniæ Rex Oueti Raimirus auxilio Sancti Iacobi, qui ei apparuit, cũ paucis militibus septuaginta millia Saracenos trucidauit; *to.* 10. *an.* 844. *fol.* 17.

Raimirus moritur; *an.* 850. *to.* 10. *fol.* 72.

Ordonus eius filius succedit Rex, *ibidem*: moritur; *an.* 861. *fol.* 218. *to.* 10.

Hispani Martyres à Saracenis facti innumeri; *to.* 10. *an.* 850. 51. 52. 53. *&c.*

Alphonsus Magnus regnat mortuo eius Patre Ordonio. In Galęcia regnat; *to.* 10. *an.* 861. *fol.* 218. Saracenos profligat ingenti victoria; *an.* 905. *to.* 10. sed quia filius eius Garcias matre iuuante conspirauerat in eum, spontè cessit Regno; *to.* 10. *an.* 908. & sub filio vt Dux exercitus militabat; *to.* 10. *an.* 912. & sic mortuus est *fol.* 681.

Laucius Rex Legionis moritur: succedit Ramirus III. *to.* 10. *an.* 967.

Hispaniæ in Legione Ordonius fit Rex

se

Quin-

I

Ieiu-

iunium

pro-

Immu-

Impe-

ges

ges

fecit

sed

ibid. Contra eum expeditus fuit Dux Militiæ; *fol.* 58. cum quinquaginta mille cõtra septuaginta mille, & visione S. Ambrosij accepit nuntium de victoria futura &c. vincit sine pugna 59. Gainas idem prorsus facit euadens Tyrannus contra Arcadium *fol.* 70. insultat Imperatorem vsque ad Calcedonem *fol.* 81. insolens, & petulans multa petit indigna, *ibidem*, & *fol.* 110. & *seqq.* postea occiditur *fol.* 113.

Imperium Romanum à Gothis lacessitur Duce Alarico, in agro Polentino Liguriæ; *to.* 5. *fol.* 181. sed vincuntur tunc Gothi; *ibid.* Duce Stilicone. Sed postea deuastatur ab Alarico Romanum Imperium, quia Honorius restituit ludos sęculares, qui erant superstitiosi, & Gentiles; *to.* 5. *an.* 404 *fol* 187.

Imperium inuaditur à Radagaiso Scitha inuadente Italiam cum duocentum mille Militibus; magna promittit: ad Vrbem accedit, *to.* 5. *an.* 406. *fol.* 237. 38. sed occisus est. Historia Augustini de hoc; *ibid.* perditur à Stilicone Duce Romani Imperatoris, finit Gallias infestari à Vandalis, & Alanis; *to.* 5. *fol.* 264. sed Stilico Rauennæ occiditur; *fol* 268. ab ipsis Barbaris. Roma ab Alarico Gothorum Rege obsidetur; *to.* 5. *an.* 409. *fol.* 276. in Hispanijs inuaditur etiam à Vuandalis; *fol.* 287. Primus Rex Gundericus regnat in Galęcia. Ab Alarico creatur Imperator Romanus Attalus, qui spernit Honorium; *tom.* 5. *fol.* 289. sed postea priuatur: per triduum Alaricus vastat Vrbem; *fol.* 300. Deinde pergit in Campaniam. *ibidem* 301. tandem anno sequenti moritur. Ataulphus regnat, & Romam reuersus Placidiam Honorij sororem accipit in matrimonium; *fol.* 313. Mortuo Honorio Ioannes qui fuerat Præfectus Prætorij insurgit Tyrannus; *to.* 5. *an.* 4 3. *fol.* 479. sed priuatus statim fuit; *ibid. fol.* 480. Vuandali inuadunt Africam vocati à Bonifacio Duce Romanorum; *vide* Africa; quam eripiunt Romanis; *an.* 431 Hunni secunda vice inuadunt Imperium in Illirico duce Attila; *tom.* 6 *an.* 444. *fol.* 26 &c. Orientem grauiter affligunt *fol.* 42. & Theodorus Imperator tributũ eis soluit; &c. Picti, & Scoti inuadunt Britanniam: isti vocant in auxilium Saxones cum suo Rege Versigerno; *to.* 6. *fol.* 75. Attila ex Oriente venit in Occidẽtem; *to.* 6. *an.* 450. *fol.* 125. peruenit cum septuaginta mille militibus & demolitur, &c. *fol.* 135. & *seqq.* Gallias inuadit, *ibid.* Aquileiam diruit, Ticinum, & Mediolanum; *to.* 6. *an* 452. *fol.* 177. Vuandali inuadunt Italiam vocati ex Africa ab Eudoxia, & quare; *vide* Vuandali. Gothi

cum

cum suo Rege Theodorico, Gallias, Gallęciam, & Hispaniam inuadunt; *to 6. fol.* 211. Francorum Rex Childericus videns Romanorum res fractas, & Theodoricum ire in Hispanias, inuadit Galliam, figit pedem Parisijs, & fit primus Rex ibi: *to. 6. fol.* 211. *an.* 456. Euaricus Gothorum Rex succedens Theodorico inuadit totam Hispaniam superiorem, & etiam Tarraconam, de Gallia Arelatum, & Massiliam; *tom. 6. an.* 464. *fol.* 260.

Imperiũ Occidentale labitur totaliter propter inuasionem Imperij per multos factã, vt videre est in tabula Imperatorum in fine. Antemio enim ab Oriente misso à Leone, occiso dolo Ricimerij Patricij, creatur Olibrius: hoc hoc occiso creatur Glicerius: hic spoliatus à Iulio nepote, & coactus fieri Episcopus Salonensis, creatur ipse Nepos, qui tractat per Epiphanium Episcopum Ticinensem pacem cum Gothis; *to. 6. an.* 474. *fol.* 305. Tandem adhuc eo regnante Orestes ab ipso factus Magister Militiæ curat ab exercitu creari Imperatorem Manilium filium suum, qui dictus fuit Augustulus ex contemptu; *to. 6. an* 475. *fol.* 307. & hic fuit vltimus Imperator Occidentis; qui verò faucbant Nepoti, qui fugerat in Dalmatiam, vocauerunt contra Orestem Odoacrem Regem Erulorum in auxilium; Eruli propè Italiam sunt, *ibid.* 307. Odoacer venit in Italiam, relegat Augustulum in Campaniã propè Neapolim, occidit Orestem, & Fratrem eius. Erat Odoacer Arianus: non molestauit Catholicos; *to. 6 an.* 476. *fol.* 317. *&* 13. annis regnauit. Barbari isti grassati in Emilia, Thuscia, & cęteris Prouincijs; *ibidem* & ita totum Imperium Orientale, & Occidentale erat sub dominio Hæreticorum *fol.* 318. *vide* Mundus. Theodoricus Scitha Thraciam inuadit; sed vocatus à Zenone fit Patritius, & adoptatur filius; *to. 6. an* 481. *fol.* 352. venit in Italiam contra Odoacrem; *an.* 489. *tom. 6. fol.* 438. Multa de hoc; vincit Odoacrem; *an* 490. *to. 6. fol.* 454. Sed conciliato Odoacri Theodorus inuitans istũ ad conuiuium occidit, & solus regnauit cum titulo Regis; *to. 6. an.* 493. *fol.* 471. Et quia Zeno Imperator mortuus erat, & regnabat Anasthasius in Oriente sibi conciliat illum *fol.* 471. conciliat sibi alios Reges; *fol.* 472. Romam accedit, & lętè recipitur; *an.* 500. *to 6. fol.* 536. iure ratione Schismatis Simmachi & Laurentij, quia post aliquos annos resurduit, & fuit opus Synodo, dum secura non erat propter factiones Senatorum, nisi ipse accederet; *fol.* 538. Pacem

ma-

obsidet; *an.* 543. et obtinet. Tentat Romanum Senatum, vt sibi dedat. *an.* 544. Tiburim per proditionem capit. *an.* 545. Spoletum capit: Perusium frustra tentat; *an.* 546. Sed postea capit. Episcopum decorticat Herculanum; *ibidem* in Thusciam vadit. Romam obsidet: dira fames, aliaque mala Romæ; proditur Roma per Isauros, et capitur à Totila; *tom.* 7. *an.* 547. *fol.* 353. vastatur; *vide* Roma. Narses Eunucus Dux exercitus Imperatoris Orientis Iustiniani venit in Italiam; in Rubicone fluuio bellum committit; superat: pergit in Thusciam, vbi erat Totilas, et vincit; *an.* 553. *fol.* 396. Roma etiã recuperatur: at quia accusatus fuit ad Imperatorem a Romanis de direptione, etc. priuatus fuit munere Ducis, et Longinus factus Dux. Ipse autem minis Imperatoris Iustini territus, et Imperator dicit cum fęminis eum posturum ad lanam; ipse vocauit Longobardos in Italiam; *an.* 567. Alij dicũt non à Narsete vocatos, quia hic erat Constantinopoli, sed de se venisse quia nouerunt Regiones dũ sub eo bellarũt. Exarchi missi ab Imperatore qui pro eo regnarent. *v.* Hexarchus.

Imperium inuaditur ab Arabibus, seu Saracenis, quia Persæ extenuati, & viribus carentes; illi insurgunt; *tom.* 8. *an.* 631. omnes progressus Saracenorum contra Imperium Romanum; *vide* Saraceni: vndique inuasum deinceps; *vide ibidem.* & à Bulgaris. Imperator promittit eis tributum; *ibidem; vide* Bulgari.

Imperatores quas donationes fecerunt Ecclesię Romanæ; *v.* Roma.

Imperator Græcus Constantinus Monomacus munera mittit S. Petro, & Papæ; *to.* 11. *an.* 1054.

Imperator Occidentis quomodo rogatus à Clero Romano vt Pontifices destinaret; *to.* 11. *an.* 1054. *fol.* 216.

Imperator non habet potestatem in electione Papæ, nec in Ecclesia Romana; *t.* 11. *a.* 1062. *per tot.*

Imperatrix vxor Henrici secundi Mater Henrici tertij, quæ partem habuerat in eligendo Cadaolo Antipapa, venit Romam pęnitentiæ causa; *to.* 11. *an.* 1067. *fol.* 319. *&c.*

Imperator Orientis Michael septimus suasu Papæ Gregorij septimi iuuatur à Roberto Guiscardo *to.* 11. *an.* 1081. *vide* Robertus.

Imperator Henricus Tertius, qui tanto tempore Ecclesiam, & Papam vexauit cum tot Antipapis redit ad cor Papæ Paschalis II. scribit submissè pacem rogans; *tom.* 12. *an.* 1105. quia timebat priuari, &c. toties excommunicatus, armante contra eum filio Henrico Catholico, in Concilio quodam compulsus est abdicare Imperium, & filius est

Ioan-

Ioannes scripsit duas Epistolas contra Basilidem, & alios negantes Carnem Christi; *an. 99. fol.* 751.

Ioannes moritur Ephesi anno Christi 101. *ibid. to* 2. *fol.* 8. multi errarunt circa mortem eius dicentes, quòd non moreretur. Sepulcrum eius etiam tempore Constantini Magni videbatur, et Cęlestinus Papa dicit Reliquias eius Ephesi in honore haberi; *ibid. fol.* 9.

Ioannem intra sepulcrum viuere multi dixerunt, et incolumem: iussisse fieri suum sepulcrum, ipsumque præsentem in eo se posuisse viuum; *to.* 2. *an.* 101 *fol.* 9. Apocrifis est. Alij autem Catholici, Augustinus, &c. dicunt mortuum fuisse. Multi dicunt ex Catholicis refosso sepulcro non fuisse repertum eius Corpus. Sed alij Catholici dicunt verum esse, quòd viuus descendit in sepulcrũ, et iussit vt post mortem abirent, et post redirent ad videndum sepulcrum, et ipse se composuit vt mortuus, et mortuus est velut à somno captus, et aperto sepulcro postquam venerant non inuenerunt Corpus, sed solùm vestimenta sepulcralia, et quòd in Paradisum sit translatus ad Dei visionem; *f.* 10. dicitur ætatis 98. annor. mortuum esse, sed Hieronymus dissentit, quia adolescens annorũ viginti duo fuit à Christo vocatus; *ibid.* quia Leuitæ annorum viginti duo saltem ministrare poterant, etc.

Ioannes Martyr dicitur, quia Martyrium incepit; *ibid. fol.* 11.

Ioannes Cassianus suasu Leonis Diaconi (qui fuit Papa) acerrimè impugnauit Nestorium *to* 5. *fol.* 555.

Ioannes Cassianus non rectè sentiebat de libero arbitrio; sequebatur enim in parte Pelagium; *f.* 556. fuerat Diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ; *ibid.*

Ioannes Cassianus occasione Nestorij scripsit librum vtilem de Incarnatione, et Pelagium ac sequaces exagitauit; at in libro Collationum valde prædicauit Vires arbitrij, et ideo Catholici incaurè eius Doctrina tamquam Catholici autoris imbuebantur. S. Prosper eam prodidit, et scribit librum contra; *to.* 5. *an.* 433. *fol.* 639. et Sixtum Papam contra eum excitatat: et quia liber collationum valde vtilis erat pro vita Christiana, excussione secunda emendatus fuit ab aliquibus; *fol.* 640. vt posset legi: emandauit etiam Victor Episcopus Apher.

Ioannes Episcopus Antiochenus, qui Nestorio fauerat, retractat; fidem Catholicam profitetur, & omnia confitetur, quæ Cirillus dicebat: multa de hoc. Nota quòd ad Cirillum mittit hanc professionem, fortè

quia

quia fuerat Papæ Præſidens; *to.* 5. *an.* 432. *fol.* 623. & damnat Neſtorium *fol.* 656.

S. Ioannes Damaſcenus fuit acerrimus propugnator Imaginum: fit Monacus vt infra; *tom.* 9 *an.* 727. *fol.* 86. nobilis Damaſci ab Italo didicit Fidem Romanam; *fol.* 89 erat primus apud Principem Saracenorum Conſiliarius eius *fol.* 90. fortiter reſiſtit Imperatori Leoni Iſauro Inuentori erroris Imaginum *fol.* 90. reprehendit Imperatorem; *ibid.* Imperator contra eum molitur inſidias: inuenit quemdam Scriptorem qui ſciret ſimulare manũ, ſeù ſcripturam Ioannis, facit ſcribere Epiſtolam tanquam à Ioanne Imperatori miſſam, cuius argumentum erat: quòd Ciuitas Damaſci malè cuſtodiebatur à Principe Saraceno, & hortatur vt pergat ad eam capiendam; poſt hoc ipſe Imperator ſcribit Saracenorum Principi mittens etiam litteras Ioannis, dicens quòd ipſe pacem amabat, & nolebat conſentire, ei, quod ſcribit Ioannes de captura Ciuitatis. Princeps Saracenorum ſtatim vocato Ioanne, & hoc obiecto facit dexteram eius truncari, & in foro ſuſpenſa, in ſero Ioannes miſit ad Principem rogans, vt daret ei illam manum; & eam obtinuit; ea habita in Oratorio maximis præcibus B. V. pręcabatur eo quod ſcriberet de Cultu Imaginum, manum per inſidias Imperatoris Leonis præciſam, ei petit vt reſtituat; & poſt multas lacrimas obdormiuit: apparuit B. V. manum coniunxit brachio, & ſanus factus Carmen cecinit. Dextera tua Domine magnificata eſt, &c. ſtatim euulgari cępit hoc miraculum. Aliqui Chriſtiani inimici dicunt Principi miniſtros corruptos non præcidiſſe manum, &c. Oſtendit ſignũ inciſionis velut lineam: Princeps ſcire voluit quomodo ſanus factus erat; audito miraculo, petijt veniam, eumque inter primos habuit Conſiliarios; & volens adorare Principem, hic non permiſit: facultates in cognatos, & pauperes diſtribuit, & fit Monacus; *fol.* 93. *an.* 728. *to.* 9.

Ira temperanda in Pręfectis, &c. *tom.* 8. *an.* 600 *fol.* 140.

Ireneus in omnibus ſcientijs doctiſſimus; *to.* 2. *an.* 179. *fol.* 230. eius ſcripta, vita, mors, *ibidem fol.* 307.

Ioſeph Sponſus B. V. ſecundùm Epiphanium, & alios fuit viduus, & habuit ex Vxore prima multos filios, qui poſtea vocati ſunt Fratres Domini, vt Iudam, Thadęum, Iacobum minorem, &c. *to.* 1. *fol* 21. ſed D. Hyeron. hoc clarè impugnat; *ibidem & fol.* 22. ſed Virgo fuit; *ibid.*

Ioſeph poſt inuentionem Chriſti diſputantis parum vixit. an Epi-

mam ſe conferret occiſus eſt per viam, et caput Imperatori miſſum Conſtantinopolim; *to.* 8. *an.* 617. *fol.* 245. iterum prælium committit, et vincit *an.* 622. ob Ducatum Beneuenti Conſtantinus III. Imperator exiſtens in Italia bellum committit cum Longobardis, quia vnus eorum erat Dux Beneuenti Romoadus, ſed Imperator ſuperatur; *tom.* 8. *an.* 663.

Italia, & totus Occidens rebellant ab Imperatore Oriẽtis Leone Iſauro Inconoclaſta; *to.* 9. *an.* 726. *fol.* 62. imo etiam exercitus, qui Rauennæ erat, alium volebat eligere Imperatorem, ſed Gregorius II. Papa reſtitit, *fol.* 63:

Itali contra Imperatorem præfatum ſe armant Pontificis iuſſu; *to.* 9. *an.* 726. *f. l.* 77.

Italia cum toto Occidente totaliter rebellat ab Imperatore Leone Iſauro Orientali, quando fuit à Gregorio II. declaratus hæreticus ob Imagines; *tom.* 9. *an.* 730. *fol.* 98. & iuſſu Papæ ceſſat à ſolutione tributorum Imperatoris.

Itali mittunt Legatum ad Imperatorem, quod ſi relinquit hæreſim ei ſe ſubijcient, & Tributa ſoluent: & Legati detenti in Sicilia per octo menſes remiſſi ſunt cum iniurijs; *tom.* 9. *an.* 733. *fol.* 114.

Italiæ Rex Longobardorum fit Pipinus à Papa Hadriano, & coronatur Romæ; *to.* 9. *an.* 781.

Italia tota ab Auguſta Prætoria vſque ad Calabriam inferiorem fuit ſub dominio Caroli Magni *tom.* 9. *an.* 788. *fol.* 407. decies centum, & amplius paſſuum millibus longitudinis.

Italia optimè gubernata à Pipino cum conſilio S. Adhelardi Abbatis; *to.* 9. *an.* 807.

Italiæ Rex Bernardus filius Pipini nepos Ludouici primi Imperatoris ob coniurationem contra eũ excęcatur ab illo, *to.* 9. *an.* 817. *fol.* 654.

Italiæ Rex fit Lotharius filius Ludouici primi Imperatoris: vexauit Eccleſiam Romanam, ſed Pater eius Ludouicus fauebat eam; *tom.* 9. *an.* 838. cauſa erat, quia ipſe erat ſolus Rex in ijs Prouincijs, in quibus olim Longobardi dominabantur, & inuidebat quòd Papa haberet meliores Prouincias.

Italia à Saracenis inuaditur in Campania, Beneuento, Sannitibus. Capua exuritur, & per viginti annos durat hæc tribulatio; *to.* 10. *an.* 843. *fol.* 10.

Italiæ Rex fieri ſolebat, ſed Longobardorum tantum; ita fit Ludouicus filius Lotharij, & à Papa coronatur; *to.* 10. *an.* 844.

Italia tota, Beneuenti ſcilicet Ducatus, Regnum Neapolita-

Iu-

statua

odium

Iusti-

hoc

Apud

Le-

ni-

nitorio de restitutione Imaginū carceratus fuit, & post annum cū iniurijs remissus; *t.9. an.*732.

Legati Papæ aliquando etiam Monaci cum Archipresbytero Romæ missi; *to. 9: an.* 785. *fol.*372.

Legati Papæ Nicolai I. Constantinopoli malè tractantur tempore Photij, custoditi, & carcerati, minis territi, vt consentirent depositioni Ignatij Sancti; *to.* 10. *an.* 861. sed muneribus corrupti consenserant contra mandatum Papæ depositioni Ignatij; *fol.* 207. Ideo in Concil. Romano facto à Nicolao primo deponuntur & excommunicātur simul cum Photio; *fol.* 239. & 40. *an.* 863. Zaccarias erat presens, Rodoaldus fugerat in Galliam. Papa curat eum habere; *an.* 864. Ille timens se excusat.

Legati Pápæ ad Imperatorem Græcorum Michaelem missi, non recepti, & malè tractati; *to.* 10. *an.* 867. *fol.* 352., &c.

Legati Papæ ab Imperatore Græcorum Basilio honore magno excepti; *to.* 10. *an.* 868 *f.* 419.

Legati Papæ non solebant ostendere mandatum, nisi quando timebatur, quòd deciperent; *to.* 10. *an.* 868. *fol.* 420;

Legati Papæ in Concilijs omnibus primi subscribunt, etiam ante Imperatorem, *to.* 10. *an.* 869. *fol.* 433. Conc. Generale octauū.

Legati Papæ in Concilio nihil faciebant, nisi quæ habebant in mandatis; *t.* 10: *a.* 869. *fol.* 438. &c.

Legati Papæ, qui Concilio præfuerant octauo redeuntes, à Slauis fuerūt expoliati & dicitur cōsentiente Imperatore Basilio; *to.* 10. *an* 869. *f.* 443. & *an.* 870. & 71.

Legati Papæ ad Photium, & Imperatorem, à Photio imprudenter decepti, & vilis reddita legatio quia litteras ei dederunt ipse autem pro libito in Græcum euertit, & voluit in opprobrium Romanæ Ecclesiæ; *an.* 879. *to.* 10. *fol* 566. & quod peius, subscripserunt contra libertatem Ecclesię Romanæ; *fol.* 568. sed Papa omnia retractauit. *fol.* 573. &c.

Legati Papę ad Nicephorū Imperatorem Græcorum carcerantur ab eo; quia Papa vocat eum Imperatorem Græcorum; *tom.* 10. *an.* 968. & nimis amabat Othonē, & quòd dispensaret Titulum Imperatoris.

Legati Papæ Monaci aliquando fuere; *to.* 10. *an.* 994.

Legati Papæ Constantinopoli excommunicant Patriarcham Michaelē Ceruraliū *to.* 11. *an.* 1054.

Legati Papæ cum Rege Henrico Tertio nolunt loqui nisi prius ab excommunicatione absolui petat; *to.* 11. *an.* 1074.

Legati Papæ in causa Henrici à Scismaticis capiuntur, & carcerantur; *to.* 11. *an.* 1077. *fol.* 511.

Legati Papæ non debent secum habere hæreticos; *tom.* 12. *an.* 1140.

Le-

Librorum Canonem fecit Concilium Nicenum primum teste Hieronymo, sed non apparet; *to. 3. an.* 325. *fol.* 323.

Librorum combustio continentium incantationes cœpit Apostolorum tempore; *to.* 1. *an.* 56, *fol.* 441. Multa dicta circa hoc; *ibidem*.

Liber de fide ad Petrum; *vide* Fidei liber, non est Sancti Augustini, sed Fulgentij; *tom.* 7. *an.* 517. *fol.* 681.

Liber scriptus intus; & foris ab Angelis traditus Ephrem Syro; *vide* Ephrem.

Libri Hæreticorum, vt Origenis, Tertuliani, Nouati, Apoll. &c. legi possunt ab Ecclesiasticis, & tenendum quod est bonum, respuendum quod est malum; *to.* 5. *an.* 402 *fol.* 149.

Libros Origenis non legendos, nec apud se tenendos statuit Concilium Alexandrinum; *tom.* 5. *an.* 150.

Librorum sacrorum Cathalogus factus ab Innocentio, & antea ab alijs; *tom.* 5. *an.* 405. *fol.* 236.

Librorum dedicatio fuit in vsu etiam Sanctis; *tom.* 5. *an.* 406. *fol.* 245.

Libri hæreticorum comburendi; *tom.* 5. *fol.* 524. *& fol.* 648. *an.* 435.

Libris non receptis ab Ecclesia Catholica non vtendum. Multi errores de hoc; *to.* 6. *fol.* 44.

Libri contra Religionem, vt Porphirij, ab Imperatore aliquando prohibiti; *to* 6. *an.* 447. *fol.* 50.

Libri, & scripta authorum de rebus fidei à Papa probandi an boni; *to.* 6. *an.* 490. *fol.* 453.

Libri improbati possunt quidem legi, ad diligentiam, non autem vt declinetur à Doctrina vera; *to.* 7. *an* 520. *fol.* 59. ita Horsmisda dans exemplum de eo qui volens Equum pingere, coram se tenebat asellum, vt in pictura huius lineamenta euaderet.

Libri etiam contra vitia si continent obscœnitates non permittendi exire in lucem; *tom.* 11. *an.* 1049.

Liber Petri Damiani dictus Gomorreus à Leone IX. impeditus.

Librorum approbatio non ad Reges spectat, sed ad Ecclesiasticos, & Papam; *to.* 12. *an.* 1186. *fol.* 789.

Ligno dari solebat signum Officiorum Ecclesiæ; *tom.* 7. *an.* 518. *fol.* 17.

Limina Apostolorum Petri, & Pauli à toto Mundo solita frequentari; *to.* 7. *an.* 574.

Limina Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli solita visitari à toto Orbe; *tom.* 6. *fol.* 577. *an.* 500.

Limina Apostolorum visitare prohibuit suos Episcopos Vvillelmus Rex Angliæ, sed à Papa Gregorio VII. correptus, emendatur; *to.* 11. *an.* 1079.

Lita-

Litte-

expellente Gothos, *ibidem* multi erant Christiani Ariani, sed multi Idolatræ; *an.*573.*fol.*545. Nota quòd Longobardi non erant populi Pannoniæ, sed Scandauiæ Insulę Aquilonaris; manserunt autem in Pannonia per an. 42. sub Rege Alboino; *an.* 568. in Italiam fluunt hoc anno: pessimis moribus prædìti erant.

Longobardorum Rex Alboinus per tres annos obsidionis Ticinum capit, ibi sedem firmat: Insidijs Rosimundę Vxoris occiditur *anno* 571. & hoc quia de Caluaria Patris Vxoris fecerat poculum, & in eo bibere iusserat Vxorẽ; *ibid.* ClephisRex succedit, occiditur anno 573. Longobardi Romam obsident: ferè tota Italia eis subijcitur ob famem *anno* 573. Occiso Clephi Duces partiuntur Regnum. *anno* 573. Maximã in Christianos persecutionem mouẽt, quia ipsi licet. Multi Chrstiani, multi tamen Ariani, alij verò Idolatræ; *an.* 573. & *an.* 579. *fol.* 572. Caput Caprę venerabantur multi *ibid.* Cùm decem annis fuissent sine Rege eligunt Anthanarit; Roma obsidetur ab eis, tamen non capitur: *an*:584. & 85. Eo mortuo Agilulphus eligitur Rex; *to.* 8. *an.* 591.*fol.* 29. Conuertitur ad Fidem per Vxorem Catholicam Theodolindam; *ibid. an.* 602. Pręlium committunt Romani in Camerino cum Arnulpho Spoletano Duce Longobardo, & pręliante pro eis Sancto Sabbato Martyre Romani vincunt *f.* 155. Parant obsidionẽ Romæ, et Pontifex Gregorius se prępărat, & munit; *tom.* 8. *an.* 603.*fol.*170. Sed facta est Pax. *an.*604. & Regi Agilulpho natus est filius masculus baptizatus Catholicè auxilio Reginę Theodolindę Matris: *ibidem an.* 605. Adualdus filius pręfatus viuente Patre Agilulpho creatus est Rex: *fol.*195; moritur Agilulphus; regnat pręfatus Adualdus *an.* 616. *tom.* 8. *fol.* 243. Et quia Adualdus in insaniam inciderat (dicitur parta Veneficio) eijcitur, & eligitur Arioualdus; *tom.*8. *an.* 626. *fol.* 279. erat Arianus: sub hoc duo Episcopi erant in Ciuitate qualibet, vnus Catholicus, alius Arianus *to.* 8. *an.* 639. Mortuo Arioualdo succedit Rotheris Arianus *anno* 639. Iste in vnum colligit leges Lõgobardorũ, quia priùs sola memoria, & vsu retinebantur: *ibid.* Rothenis moritur.*an.* 654.*fol.* 446. *tom.* 8. Rodoaldus successit Rex, qui occisus fuit à quodam, cuius Vxorem Rex violauerat. *an.* 659. *to.* 8. *fol.* 479. succedit Aripertus Rex, *ibid.* succedit Grimoaldus anno 663. factus est Catholicus *ibidem* Bellum init cum Imperatore Constantino Tertio, qui erat in Italia, & vincit, *ibidem* Grimoaldus moritur anno 673.

ſuccedit filius Garibaldus puer; *ibidem*, ſed Bertandus Ariperti filius,cui debebatur, eum exturbat, & ipſe regnat. Huic ſuccedit Cunipertus, qui Collega fuit Patris *anno* 681. *in fine*. Cunipertus vſque ad duodecim annos regnauit: Alachis Tirannus ab eo vincitur anno 691. Aripertus Rex Longobardorum reſtituit Romanæ Eccleſiæ Alpes Cottias; *to.* 8. *an.* 704 mortuo Ariperto Luitprandus eligitur; *to.* 8. *an.* 712. ſed priùs per tres menſes fuerat Rex Anſprandus eius Pater;Luitprandus erat Catholicus: hic confirmat donationem factam Eccleſiæ Romanæ: *vide* Romana

Longobardi defendunt Pontificem Romanum, & Ciuitatem contra inſultus Exarchi Rauennæ, qui Papam capere, vel occidere volebat iuſſu Imperatoris Leonis Iſauri Hæretici, qui rebellionē Occidentis Papę Greg. II. tribuebat; *to.9.an.*726.*fol.*77.

Longobardi capiunt Sutrium, ſed poſtea precibus Papę Gregorij II. reſtituunt; *to.9.an.*728.*fol.*94.

LongobardorumRex Luitprandus cum Exarcho conſpirauerant, Romam Exarcho ſubijcere, & ipſe Rex Ducatum Spoletinum, & Beneuentanum per ſe tenere, ſed veniens Romam ante Sancti Petri Eccleſiam Pontifex obuiam factus ſic loquutus eſt,vt ab hoc reuocaret, & relictis omnibus armis Eccleſię S. Petri, recederet, &c. *to.9.fol.* 94.*an.*729.

Longobardorum Rex Luitprandus Romam inuaſit, & Eccleſiam Sancti Petri diripuit, &c. eo quia Romā ſe receperat Dux Spoleti inimicus eius, & reſtitutus fuerat ei Ducatus; *to.* 9. *an.* 739. & 740. *fol.* 131. diffusè: Ideò à Papa vocatus Carolus Martellus Gallus, ſed poſtea anno 742. reſtituit omnia quæ Papę abſtulerat, ſine vi, vel armis, & alia concedit; *tom* 9. *an.* 742 *fol.*151. & pacem facit cum Ducatu Romano, et Papa per viginti annos.

Longobardorum Rex Luitprandus tentat capere Exarchatum Rauennæ, ſibique ſubijcere, ſed Papa Zaccarias reſtitit, et curauit retineri pro Imperatore; *to.9. an.* 743.*fol.* 154.

Longobardorum Rex Luitprādus moritur; *an.* 744. *to.* 9. *fol.* 167. regnauit triginta, et vno annis. Rochis Dux Foroliuienſis eligitur in Regem à Longobardis *an.* 744. fit Monacus cum vxore, et filia, et ad Caſinum ſe contulit, et ibi mortuus eſt; *ibid. fol.* 196. Ariſtulphus eius. Frater eligitur Rex; *tom.* 9. *an.* 750. *fol.* 195. hic mouet bellum contra Papam, et Ciuitates eius: ſpernit Legatos Papæ, etc. *to.*9. *an.* 752 *fol.* 205. et Papa inſtat oratione, non bello; imo orat Imperatorem Conſtantinopolis,

vt

vt defendat ſuas Ciuitates, quæ erant in Occidente *fol.* 206. *an.* 753. ſepe muneribus tentat placare Longobardos, ſed nihil facit. In Perſona iuit Ticinum Papa orans Regem, vt reſtitueret Rauennam Imperatori, ſed nihil proficit, *anno* 753. mittit Carolũ Mannum Monacum Fratrem Pipini ad hunc, vt eum impediat ne auxilietur Papæ, ſed nihil facit. *anno* 754. contra eum mouet bellum Pipinus ſuaſu Papę Stephani Tertij pro recuperandis Terris Eccleſiæ Romanæ, *ibid.* vincitur à Pipino, et Exercitus trucidatur; ſed anno ſequenti exercitu comparato Romam verſus pergit *anno* 753. et obſidet, etc. et quomodo *fol.* 223. *& ſeqq.* Immania facit circa Eccleſias, Moniales, occidendo etiam paruulos, etc.

Cogitur à Pipino, qui venerat vocatus à Papa Stephano III. vt reſtitueret Exarchatum Rauennæ, quem Pipinus donauit Eccleſię Romanę, item Ciuitates Emiliæ, Pentapolis, et Comarchum, et cęteras viginti Ciuitates; *to.* 9. *an.* 755. *fol.* 228.

Ariſtulphus in venatione diuino ictu percuſſus interijt; *tom.* 9. *an.* 756.

Pachis eius Pater Monacus tentatus voluit iterum regnare, ſed reſtitit ei Pontifex; *tom.* 9. *an.* 756.

Deſiderius Dux Longobardorũ in Tuſcia ope Stephani III. Papæ eligitur; *to.* 9. *an.* 756.

Longobardi Tuſciam etiam habebant, *to.* 9. *an.* 756.

Deſiderius iratus contra eos qui Conſtantinum pſeudoPapam eiecerant, Romam vadit, Stephano Papa IV. ſedente: Chriſtophorum, et Sergium excęcauit, etc. *to.* 9. *an.* 770. Deſiderij filia Berta datur in Vxorem Carolo Francorum Regi, *ibid.* Deſiderius mittit Legatos ad Hadrianum I. prò pace, ſed à Papa detegitur fraus: paulò poſt iterum inuadit Exarchatum Rauennæ, et alias Ciuitates Eccleſiæ; *to.* 9. *an.* 772. Item infeſtat Vrbes propè Romam; *ibid* Papa mittit ad eum Monacos deprecans, etc. ſed nihil obtinet; imò minatur, etc. Romam petit, ſed à Papa ſub excommunicationis pœna prohibetur ne accedat, et obedit *anno* 773. Iterum à Papa rogatur, vt reſtituat Ciuitates; ſed non curat: Carolus Magnus per ſuos Legatos rogat, vt reſtituat, et nihil obtinet; *to.* 9. *an.* 773.

Carolus venit cum exercitu magno, qui Clauſas à Longobardis munitas pertranſiuit; iterum per Miſſos dixit Deſiderio vt reſtituat; hic non audit, *ibid.*

Interim fugati ſunt omnes Longobardi vſque ad Veronam, et Ticinum. Spoletini, Anconitani, Firmani, Fulginates qui ſub

Lon-

M

MAcedonius, pulso à Constantio Imperatore Paulo, cum tumultu pręficitur à sęculari potestate Ecclesię Constantinopolitanę; *to. 3. an.35 1. fol. 620.* Horsmisda; *ibidem* propagator Arianismi.

Macedonij hęresis fuit, quòd Spiritus Sanctus non sit similis Patri, sed Minister, *to. 3. an. 360. fol. 761. to. 4. fol. 429.*

Machometes, ortus apud Homeritas, seu in Arabia Felici: camelarius seruus Viduę Zadigę: eius pascebat Camelos; *to. 8. an. 630. fol. 296.* Vafrè sic se gessit, vt gratiam Dominę assecutus eã vxorem habuit; in Palestinam abijt; à Christianis, & Iudęis aliquid didicit, & sic prophetare se dicebat; erat enim Arepticius, & comitiali morbo laborans, & quando cadebat præ morbo, vxori insinuabat se videre Gabrielem Archangelum, & ideo concidere; & quia Monacus quidam relegatus in eo loco erat, ob falsam Fidem Arianam e Constantinopoli eiectus, amicus vxoris Machometis, hunc laudabat, & dicta eius confirmabat; creuit fama quòd vates esset: librum ex figmentis suis composuit. Quando Heraclius à Perside victor reuertebatur, Machometes ei obtulit quasdam laudes victoriales compositas à Monaco illo, & petijt quãdam Terrę portionem pro pecoribus suis alendis, & Imperator statim concessit; *an. 630. fol. 296.*

Machometem vt Messiam tenuerunt initio Iudęi, quia Circumcisionem colebat; sed reliquerunt quia Carnem immundam idest Cameli edebat, *an. 630.* Sectam ex Voluptatibus facere statuit, fęminarum multitudinem concedens in hac vita, & in futura etiam fęminas habendas, & ab eis pręcipuè qui hostes occiderunt, vel occiderentur ab eis. Ex Iudęis Circumcisionem, & Dei vnius cultum accepit, ac Suillę abstinentiã A Christianis Christi nomen, sicut Ariani, siue Nestoriani colebant. Cũ Manicheis dicebat Christum nõ fuisse Crucifixum, sed eius vmbram. Item Christum esse seruum Dei, & creatum; sine semine Marię genitum: sibi tradendas Claues Paradisi in die Iudicij: fatum asseruit; Cultum Lunę, & Luciferi docuit; & centum decem & tres imposturas, seù fabellas in sua dogmata conuertit; *an. 630. fol. 297.*

Machometes moritur in loco, qui dicitur Mecha *an. 630.* Arabes quotannis sacra faciunt in eius honorem; *ibid.* Homures eius discipulus, ac successor, ad id

alios

alios impulit dicens eos fieri iustos, qui eius sepulcrum adorant, & ideo instituta peregrinatio ad illum, vel in persona, vel in eleemosina, mittendo alios pro se. Via ad illud asperrima, per arenas, sine acqua: signo magnetis vtuntur, qui eò vadũt; sic transita arena intra quadraginta dies perueniunt: sepulcrum ex lapidibus prętiosis pendet in medio Templo sublime; *fol.* 297.

Machometis Secta licet ridicula, & sine vllo fundamento cum solis voluptatibus, adhuc post mille annos durat, Deo permittente, &c. Nulla alia sic &c.

Machometo succedit Eububezer, tenens Principatum sicut ille; & quoniam Machometes docuerat aduersarios occidendos, Idola non adoranda, sed Deum incorporeum in Cęlo existentem, ideo per arma propugnatus error. Primo itaque eius asseclæ cum hoc duce fratrem Imperatoris, qui Dominus erat in illa ditione, occidunt, & ita gloriosi effecti in Damasco Siriæ Vrbe Principatum fundant; *to.* 8. *an.* 630. *fol.* 298.

Nota quòd Machometes dixerat se tertia die resurrecturum; sed quia id non accidit, & corpus fętere cępit, Canes eum depascere cęperunt; ideo custodes id videntes, reliquum corporis in terra sepelierunt; & ob factum Canum, quot annis Canes occidere decreuerunt; ideoque hanc iniuriam operirent, sepulcrum magnificum vt supra fecerunt; *an.* 630. *fol.* 298.

Machometani seù Arabes, seù Saraceni cum eodem Eububezer Gazam capiunt; *an.* 632. *vide* Saraceni.

Magdalena an vna, & eadem fuerit Soror Lazari, & peccatrix; *to.* 1. *fol.* 117. Longa concertatio; sed eadem fuit; *ibidem & seqq.* vsque ad 20. *an.* 32.

Magi diuersas causant de ipsis sententias: quidam dixerunt esse Incantatores Dęmoniacos: ita PP. multi. Alij quòd Balam prophetias habebant, putantes natum esse aliquem Regem, sed nescientes quis esset; *to.* 1. *fol.* 50. Aliqui dicunt fuisse Caldeos, alij sapientes Persarum, quorum sententia Reges illi omnia faciebant. Alij dicunt ex Arabia fuisse Magos, & hęc est communior. *fol.* 51. Historia est, quia prædicitur in scriptura Dromedarij Madiam, & Epha de Saba venient &c. quia isti Populi in Arabia sunt, *ibid. fol.* 51. die decima tertia post Natalem Christi peruenerunt in Bethelem: falsum est quòd venerunt post duos annos; *an.* 1. *fol.* 53. *&c.*

Magi, seù Diuinatores à Tiberio Imperatore proscripti; *tom.* 1. *fol.* 80.

Magia semper odio habita; *to.* 1. *an.*

Ma-

 silio

quia

quia secuti quendam Maronem hæresiarcam; *tom.* 12. *an.* 1182. *fol.* 765. sed opera Haimerici Patriarchæ Antiocheni reuersi sunt ad Fidem Catholicam, *ibid.* erãt plusquam quadraginta mille.

Maronitarum, & Maronis error erat de vna voluntate Christi, & operatione, vt Monothelitę damnati in sexta Synodo: & alios errores, per annos 500. tenuerant; Ipsi verò dicunt se dici Maronitas à Viro dicto Maronia, vel ab Abbate S. Marone. Postea eorum Patriarca venit ad Concilium Lateranense sub Innocentio III. *ibid. fol.* 766.

S. Martialis declaratus Apostolus Galliæ; *to.* 11. *an* 1029 multa de hoc, &c. & *an.* 1031.

S. Martinus à Constantio veniam petens, existimatus ignauus, quòd nollet dimicare, miraculum operatus est stans in armis ante aciem Inimicorum; *to.* 3. *an.* 356. *fol.* 699.

S. Martini Corpus Antisiodorum portatur ob incursionem Northmandorum; *to.* 10. *an.* 853. *fol.* 98.

Martinus dici solet quicumque obstinatè defendit suam opinionem, & singularem, & erroneam; ortum habuit à Martino vno ex quatuor Doctoribus Bononiæ, qui contra aliorum sententiam tenebat pro Friderico Imperatore ipsum esse Dominum totius Mundi; *to.* 12. *an.* 1158. *in fine*.

Martyrium esse vitandum docuit Simon Magus; *to.* 1. *an.* 35. *fol.* 258.

Martyrum prima inter Mulieres; *vide* Mulier.

Martyrium non esse subeundum pro Fide dixit Valentinus hæreticus; *to.* 2. *an.* 145. *fol.* 109. & Montanus *fol.* 184.

Martyrium non esse subeundum pro Fide docuerunt Gnostici; *to.* 2. *an.* 205. *fol.* 305.

Martyrum etiam cadauera extra mœnia erant sepelienda; *to.* 2. *an.* 276. *fol.* 346.

Martyrum Cœmeteria Romæ; *vide* Cœmeteria.

Martyrum acta per Notarios collecta, & quæ; *vide* Notarij.

Martyres sunt habendi, qui in Carcere pro Fide moriuntur; *to.* 2. *an.* 253. *fol.* 424.

Martyres futuri commendabant lapsos per litteras; *to.* 2. *an.* 253. *fol.* 429.

Martyrium auidissimè cupiebant quidam hæretici Marcionitæ, Carnem odio habentes; *to.* 2. *an.* 254. *fol.* 457.

Martyrologium quod erat valdè breue, & ieiunum, cura Caroli Magni redditur opulentum; *to.* 9 *an.* 778.

Martyrium suscipere non possunt, qui ab Ecclesia non armantur ad præliũ, & sine Eucharistię susceptione: puto intelligi de Communione Catholica, quæ sic fiebat. *to.* 2. *an.* 255. *fol.* 485.

per

coniunxit Pulcheria Imperatrix soror Theodosij & vxor Marciani; *to. 6. an.*453.*fol.*185.

Matrimonia olim de cōmuni consensu soluebantur: deinde lege Imperatoria Iustini Iuniris: concessum, vt solui possent ex communi consensu, & causa, & hoc ab Episcopis non fuit vetitum; *to.* 7. *an.* 566.

Matrimonia soluebantur olim etiam inter Catholicos, & alia vxor ducebatur. Exemplum de Chilperico Rege Galliæ accipiente Gelsuinotam filiam Regis Hispaniæ, & relinquente Fredegundem; *to.* 7. *an.* 567.

Matrimonia sub Anathemate prohibita Presbyteris, & Diaconis; *to.*8. *an* 591. *fol.*à 1; à S. Greg. I.

Matrimonia Subdiaconis prohibita; *vide* Ordinandi; *vide* Subdiaconus.

Matrimonia olim vsque ad secundum gradum prohibita; *to.*8. *an.* 604. *fol.* 173. & confirmat Sanctus Gregorius, *ibid.*

Matrimonia dispensanda cum Anglis tantùm decreuit S. Gregor. in tertio,& quarto gradu; *ibid. fol.* 173.

Matrimonium incestuosum Heraclij Imperatoris cum Nepte; *to.* 8. *an.* 613.

Matrimonia non facienda à Christianis cum Paganis: de Rege Anglorum; *to.*8. *an.*625. *fol.*268.

Matrimonium soluens Dagobertus Rex Galliæ aliam accepit, & ab Episcopo acritèr reprehenditur; *to.* 8. *an.* 631. ideo exul fuit.

Matrimonia Viris Sacris concessere Episcopi Concil. Quintisexti: sed hoc est nullum; *to.*8. *an.* 691. multa de hoc *ibidem*.

Matrimonia soluta per licentiam ad ordines suscipiendos, non reintegranda, ex Concilio Romano sub Gregorio II. *tom.* 9. *an.* 721. *fol.*27.

Matrimonio ob continentiam, & Ordines soluto, non de necessitate Vxor eligebat Monasterium, sed manebat in sæculo; *ibidem*.

Matrimonia fieri non posse cum Consanguineis, vel Deo sacratis; Concil. Rom. sub Gregorio II. *ibidem*.

Matrimonia vsque ad quartum gradum dispensanda concessit Gregorius II. *an.* 726. *to.* 9. *fol.* 80.

Matrimonia posse solui quoad vinculum ex infirmitate perpetua alterius. Intellige de ratis; *ibidem*.

Matrimonia plura successiuè ex indulgentia fieri posse conceditur; *to.* 9. *an* 731. *fol.* 104.

Matrimonia olim vsque ad septimā generationem impediebantur fieri. ob consanguinitatem; *to.* 9. *an.* 731. Gregorius III.

Matrimonium faciens cum duobus fratribus, quomodo puniendа; *to.*9. *an.*744.

Matrimonium fieri posse cum Vxo-

Ma-

Mira

an. 303. *fol.* 760. & 61. 768.
Missam audire in Dominica tenebantur fideles ab initio, & pœnæ non audientium per tres Dominicas: *to.* 2. *an.* 305. *fol.* 763.
Missæ olim de Episcopi licentia etiam in Ecclesijs non dedicatis dici solebant; *tom.* 3. *an.* 350. *fol.* 680.
Missam in Festis non dicendam ante horam Tertiam statuit Concilium Romanum sub Damaso; *to.* 4. *fol.* 463.
Missæ Defunctorum cum alijs ritibus, &c. antiquę; *to* 4. *an.* 389. *fol.* 587.
Missæ olim omnes canebantur, & in Introitu dicebatur totus ille Psalmus, cuius nunc vnus versus recitatur; *to.* 5. *a.* 418. *f.* 418. & 19. & ob breuitatem nunc non dicuntur integri; *ibidem*.
Missæ non dicendæ cum festinatione, aut breuitate ad complacentiam aliorum, qui auscultant; *tom.* 5. *fol*: 418.
Missas plures, quàm vnam, dicendas esse in solemnibus diebus, si Ecclesia capere non posset tantum Populum decreuit S. Leo; *tom.* 6. *an.* 444. *fol.* 25.
Missæ astandũ cũ pia deuotione. Legitur factũ illud de Cardinali Diacono, assistente Missæ cum Papa, & canēte alio Episcopo: & quia tenebat Diaconus flabellũ, celebrans non poterat prosequi, dicens, quòd non videbat aduentum Spiritus Sancti sicut solebat; illo autem expulso perfecit, & Velum, quod erat Altari superimpositũ, operuit omnes per tres horas; *tom.* 7. *an.* 536. *fol.* 255.
Missæ ritus, & preces ex Apostolica traditione habet Ecclesia Romana; *to.* 7. *an.* 538. *fol.* 280.
Missæ ritus a Romana Ecclesia Hispania petijt; *tom.* 7. *an.* 563.
Missæ Defunctis prosunt; *tom.* 7. *an.* 590. Missarum trigesimæ vsus: *ibidem fol.* 655.
Missæ dictæ pro Defunctis mira operantur, si ipsi putati Defuncti sunt viui; *to.* 8. *an.* 679.
Missæ plures celebrari solitæ in vna die; & in singulis communicabatur; *to.* 8. *an.* 681. *fol.* 561.
Missa offerenda pro Regibus quotidie: *to.* 8. *an.* 693.
Missa Defunctorum non dicenda ad obtinendam mortem alicuius; *tom.* 8. *an.* 694. Concil. Tolet. decimum septimũ. & pœna.
Missę pro Defunctis in Purgatorio existentibus dici solitæ, etiam antiquitus; *to.* 8. *an.* 694.
Missæ in Naui etiam dici solitę, & casus de Patena lapsa in Mare; & exiccata aqua vt caperetur; *tom.* 8. *an.* 700.
In Missa Agnus Dei à populo cani solebat; *to.* 8. *an.* 701.
Missæ pro mortuis Catholicis dici possunt: Gregorius Tertius; *tom.* 9 *an.* 731. *fol.* 103. Non pro Infidelibus *ibidem*.
Missæ plures in vno die dici solebant olim, & de Leone Tertio scri-

Tetra-

Mo-

Mo-

N

tatem

 Pro.

Prodigia de Fontibus, quæ scaturierunt in loco vbi factum est Concilium; *ibid.*

Niceni Concilij Canones septuaginta fuerunt ex litteris Marci Papæ, & Aegyptiorum; *fol.* 457.

Nicenum Concilium secundum Generale septimũ propter Imagines, &c. factum; *an.* 787. *to.* 9. *fol.* 379. *&* 387. Anathematizantur qui Imagines persequuntur, *ibid.* fuit Generale, & Oecumenicum *fol.* 401. A Concilio Francofordiensi fuit damnatum; sed Legati Papæ non consenserunt, & Hadrianus reprobat illud decretum; *to.* 9. *an.* 794. *f.* 430. Ratio cur damnatur, fuit quia Francofordienses putabant adorationem Dei dandam Imaginibus decreuisse *fol.* 433. multa de hac damnatione, & reprobatione damnationis *ibidem* per totum annum.

Nicolaitę Hæretici luxurijs vacantes, à Nicolao dicti, qui fuit Diaconus electus ab Apostolis: diuersa ratio asseritur de hęresi istius: aliqui dicunt quòd habens formosam Vxorem, & promisisset continentiam, vt sacris vacaret, victus à concupiscentia rem iterum cum ea habuit; at de hoc reprehensus lapsus in hęresim dicit esse necessarium ad salutem omni die coinquinari luxurijs; *a.* 68. *fol.* 647. Alij dicunt quòd habens zelotipiam Vxoris, reprehensus de hoc, eam adduxit in medium, vt omnes illa abuterentur: alij eum excusant; Virgines enim habuit duas filias.

Nicolaitarum hæreses *ibid.* Christi Diuinitatem negarunt *anno* 648.

S. Nicolai Mirę Episcopi zelus contra Idola, etc. *a.* 318. *f.* 186. eius libertas, et authoritas liberat innocentè damnatos ad mortem, et securis cadit de manu Carnificis: Proconsulem arguit; non vult recipere illum, sed postea ei cõdonat, præsentibus tribus Constantini Tribunis; qui postea apud Imperatorem de multis accusati se commendant Nicolao, quo apparente Constantino, à fluuio, ac torrente liberati sunt; *to.* 3. *an.* 326. *fol.* 367. *&* 68. deinde illi à Constantino missi ad eum cum donis etc.

S. Nicolaum adfuisse Concilio Niceno videtur dubium ex ijs, quæ leguntur in *tom.* 3. *an.* 326. *fol.* 369.

S. Nicolai Corpus, quod per annos 745. in Ecclesia Mirę in Licia iacuerat cùm per Saracenos Ciuitas illa fuisset desolata, volentibus Venetis Corpus illud accipere, Barenses quidam numero quadraginta septem venientes ab Antiochia Miram, inuentis tamen quatuor Monacis, explorarunt vbi erant ossa Sancti Nicolai, et inuenerunt natan-



Obla-

Orientales Episcopi à Papa iudicantur omnes ; *vide* Pontifex ; *to.* 12. *an.* 1136. *in fine*: etiam per Legatos ; & deponuntur.

Orientales Patriarchæ ceperũt esse Latini Episcopi ex quo Palestina capta fuit à Latinis ; *to.* 12. *an.* 1191. *fol.* 844.

Orientales Patriarchæ dicti' Iacobitę professionẽ Fidei Catholicæ mittunt ad Papam ; *tom.* 13. *an.* 1247. *fol.* 632. 33. *&c.* multa de hoc.

Origenis Pater Leonides à filio in Carcere consolatus, Martyrium subijt ; *to.* 2. *an.* 204. *fol.* 298.

Origenis desiderium ardens ad Martyrium, licet puer esset, à Matre multis artibus impeditur: *ibidem* ; eius ingenij specimen etiam in pueritia; *ibidem fol.* 299. iam ab anno ętatis 18. cepit docere diuinas litteras, & multos Discipulos ad Martyrium dedit: *fol.* 300. *an.* 205. carceratos Martyres in ea ætate solabatur, iuuabatq; miris modis: *fol.* 301. se castrari fecit, vt sine ardore luxurię meliùs docere posset viros, & fœminas *fol.* 311. *an.* 208.

Origenis nomen Adamantius fuit; *an.* 220. *fol.* 335. Innumeri ad eum concurrebant, vt periculum facerent de eius doctrina. Multos ad Fidem conuertit : 336. septem scribas dictans habebat absque librarijs, quibus non ad scribendum, sed exscribendum, opus habebat ; *ibid.* alia de eo ; *vide an.* 230. per totum : eius persecutio, *ibidem*.

Origenis defensio cùm infamatur de scriptis plenis hęresibus, propter quod fuit à Demetrio Alexandriæ Episcopo excommunicatus: sed ipse se excusat, quòd quidam Dialogus falsatus fuerit ab alijs ; sed non sufficienter se excusat, quia de alijs non loquitur ; *tom.* 2. *an.* 232. *fol.* 376. & maximè, quia cùm sciret sua dicta ab omnibus impugnari nullum edidit librum retractationum : *ibid.*

Origenis multi Discipuli, inter quos Gregorius Thaumaturgus; *to.* 2. *an.* 233. *fol.* 382. Alia de Origene. *ibid* multa.

Origenes in persecutione Decij grauissima patitur: carceres, vincula, &c. sed nescitur quomodo ex eis euaserit, sicut alij qui finita persecutione liberi euaserant: vel thus Idolis adoleuit, vt putatur ; *to.* 2. *an.* 253 *fol.* 444. dixit Epiphanius, quòd fuit ei propositum, quòd vel sacrificaret, vel Ethiops subornatus abutaretur eius corpore ; & sacrificare elegit : *ibid.* 445. & sic reiectus ab alijs Confessoribus fugit in Palestinam, & requisitus vt doceret, aperiens librum, prima vice legit illud, Peccatori autẽ dixit Deus quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum

per

per os tuum, Psal.49 ideo complicans librum cepit lacrimari, &c. *ibidem*.

Origenis liber de lamentis, et lapsu suo, ac pęnitentia, apocriphus dicitur à Gelasio: *to.* 2. *an.*253.*fol.*445.*& seqq* eo magis, quia qui eum excusant, vt Eusebius Pamphili, Porphirius, etc. de illo libro non loquuntur: et Origenes à solo Porphirio Christianorum inimicissimo laudatur *fol.* 446.

Origenes moritur *an.*256 *fol.*511. fuit accusatus, *ibidem*: defenditur à multis per Apologias, *ibidem fol.* 512. multa de eo in laudem: multa in admirationem etc. Origenes duo excogitati, vt Adamantium excusarent, sed vanè.

Origenis hæreses hę putatæ sunt; Filius non potest videre Patrem, nec Spiritus Sanctus Filium: animas antequam infundantur corpori creatas, et ab initio: Dęmones aliquando acturos pęnitentiam: Adam, et Euam antequam eijcerentur è Paradiso non habuisse corpora humana: in resurrectione Fœminas non distinguendas à Viris in sexu: Paradisum Terrestrem allegoricè declarat: Aquas quæ super Cęlos dicuntur, esse sanctas virtutes oppositas Dęmonibus: hominem perdidisse imaginem Dei, in qua fuerat conditus; *tom.* 7. *anno* 393. *fol.* 675. *& tom.* 5. *an.* 399. *fol.* 84.

Origenis errores Romam per Ruffinum, et Melanium inuecti à S. Hyeronimo manifestantur; *to.*5. *an.* 397.*fol.* 30.

Origenis Periarchon fuit ab ijs Romam perlatus; *to.*5. *an.* 397. *fol.* 30. errores, qui Romæ docebantur ex Origene: quē Ruffinus dixit esse emendatum *f.*31. Marcella Romana manifestauit; *fol.* 32. Origenis errores iterum à Hieronymo deteguntur; *tom.* 5. *an.* 399. *fol.* 84. et in Concilio Alexandrino damnati: *fol.* 85. de eius scriptis magna fuit dissētio: *fol.* 86. errores Origenis damnati à Papa Anasthasio I. *to.* 5. *an.* 400. *fol* 108.

Origenis libri legendi: quod bonum est tenendum, quod malum abijcendum: multa de hoc; *to.*5. *fol.* 149.

Origenem, vt hęreticum habendū esse, et non solùm eius opera, dicit Hyeronimus; *to.*5. *f.* 149.

Origenis libros non legendos, neque apud se tenendos statuit Cōcilium Alexandrinum; *to.* 5. *fol.* 15.

Origenistæ impugnantur ab Augustino; *to.* 5 *fol.* 363.

Origenistæ hæretici denuo insurgunt; *an.* 531. *to.* 7. *fol.* 174.

Origenem damnatum in Inferno cum Nestorio, Euthichete, etc. ostendit per visionem Ciriacus

Mo-

P

Pal-

Pa-

an. 1080. *fol.* 548. excommunicat Tyrannum Niceforum; *fol.* 523. *an.* 1078. ideo ſuadet Roberto Guiſcardo Fiduciario Eccleſiæ, vt in Orientem cum exercitu traijciat, & ſic fecit ſuperauit Alexium Comnenum: *anno* 1081.

Papa iuuatur à Roberto Guiſcardo; *vide* Robertus.

Papæ Gregorij VII. Geſta diuinitus comprobata per multas viſiones; *to.* 11. *an.* 1084. & miracula: *an.* 1085.

Papa Gregorius VII. ante mortẽ hortatur, vt aliquem à ſe nominatum eligerent; *to.* 11. *an.* 1085. *fol.* 589.

Papa Victor III. inuitus acceptauit; *v.* Cathalogum Pontificum.

Papa Victor expeditionem in Saracenos Africę ordinat ex ijs militibus, qui pro ſui defenſione contra Sciſmaticos venerant; *to.* 11. *an.* 1087. *fol.* 597.

Papa Victor III. moriens hortatur, vt faciant electionem de vno Cardinali; *to.* 11. *an.* 1087. *fol.* 399. & ille eligitur, &c. Ad electionẽ Papę Vrbani II. dederunt votum multi non Cardinales, & maior pars; *to.* 11. *an.* 1088. *fol.* 605.

Papæ pro ſtractore inſeruit Rex Corradus; *to.* 11. *an.* 1095. *fol.* 655.

Papa Vrbanus II. ſemper in itinere fuit &c. legatur eius vita; *to.* 11. *&c.*

Papæ appellationem impediebat Archiepiſcopo Rex Angliæ; *to.* 11. *an.* 1097. *fol.* 673.

Papa non trãſgreditur ſtatuta Patrum, ideſt Prædeceſſorum; *to.* 11. *an.* 1099. multa &c.

Papa cõſuetudines antiquas ſemper ſeruat; *ibid.* multa &c.

In Papæ electione multa fiebant, quæ nunc non fiunt; multa de hoc.; *to.* 12. *an.* 1100.

Papæ ſeptem Claues in balteo dabantur; *ibidem* in ſignum poteſtatis.

Papa non cõcedit inueſtituras dignitatũ Eccleſiarum fieri à Laicis, etiam Regibus, &c. *tom.* 12. *anno* 1001.

Papæ omnes Epiſcopi tenentur profiteri obedientiam: multa de hoc; *tom.* 12. *an.* 1102. *fol.* 22. *&c.* multa &c.

Papæ priuilegia ſuper cęteris à Deo ſunt, non ab alijs, ideo non poſſunt ei auferri: multa; *to.* 12. *an.* 1102. *fol.* 23.

Papa diſpenſat multa etiam contra Canones ex neceſſitate; *tom.* 12. *an.* 1106. *in fine*.

Papa pergit in Galliam: Paſchalis II. *to.* 12. *an.* 1107.

Papa ſi exaſperat Viros probos debet corrigere ſe, & eos amplecti; *to.* 12. *an.* 1109.

Papa Viro Sancto aſſurgit, & ſecum ſedere facit; *tom.* 12. *anno* 1109. *in fine*.

Papa quando pactum facit, & cõpoſitionem cum Imperatore, ſal-

ua

præſentandas præcipit; *ibidem*.

Papa Alexander III. ſedatis tumultibus Sciſmaticorum Romę a Senatu reuocatur à Gallia; *tom.* 12. *fol.* 515. *an.* 1164. & 65. *fol.* 520.

Papa oppreſſos ſubleuat, etiam contra iram Principum, & Regum &c. *tom.* 12. *an.* 1165. nec voluit audire Regem Angliæ in abſentia S. Tho. *ibidem*.

Papæ inſidias faciebat Fridericus Alexandro III. vt redeunte è Gallia per mare eum caperet, ſed non potuit; *to.* 12. *an.* 1165. *fol.* 522.

Papa Alexander III. cum quo comitatu, & obſequio è Gallia appulit Meſſanam, poſtea Salernum, deinde per Tiberim Romam ad Sanctum Paulum, & inde Lateranum; *tom.* 12. *an.* 1167. *fol.* 522.

Papę Primatus: multa de hoc &c. S. Tho. Cantuar. *to.* 12. *an.* 1166 *fol.* 537. & S. Tho. Cantuar.

Papa Alexander III. poſt Romanorum bellum cum Tuſculanis, & aduentum Friderici qui volebat, vt renuntiaret, fugit è Roma Beneuentum; *to.* 12. *an.* 1167.

Papa noluit renuntiare, nec Cardinales id volebant qui Imperatori reſiſtebant; *to.* 12. *an.* 1167.

Ad Papam recurrunt Fideles, ſicùt Iſrael ad Moyſem, multa digna; *to.* 12. *an.* 1168. *fol.* 591.

Papa priuat Imperatores Corona, & Regno; abſoluit ſubditos à Iuramento. Alexander III. cum Friderico; *to.* 12. *an.* 1168. *fol.* 593.

Papa recipit Ciuitatem Tuſculanam in ſua protectione; *tom.* 12. *an.* 1168. *in fine*.

Papæ Legati non debent timere minas Regum &c. quia Curia Romana eas non timet; *tom.* 12. *an.* 1169. *fol.* 605.

Papa ſuſpendit aliquando authoritatem Epiſcopis donec fiat pax cum Regibus, &c. *tom.* 12. *an.* 1169. *fol.* 615. S Tho. Cantuar.

Papa calumniam paſſus à S. Viro, eſt manſuetus; *to.* 12. *an.* 1170. *fol.* 624.

Papa inducit Reges ad Pacem cum Epiſcopis etiam per terrores; *tom.* 12. *an.* 1170. *fol.* 628. Comminatione interdicti &c.

Papa Alexander III. Romam reuertitur; *to.* 12. *an.* 1170.

Papa etiam in perſecutione poſitus procedit contra Reges longinquos; *vide* totam Alexandri III. vitam contra Reges Anglorum.

Papa rogatur ab Imperatore Gręco, vt Iura Imperij ſibi reſtituat, & promittit vnionem cum Eccleſia Romana, & miſit magnam quantitatem auri; Papa recuſat; *to.* 12. *an.* 1170. *fol.* 643.

Papa ſolebat publicè abſoluere, vel excommunicare in feria 5. ante Paſcha; *tom.* 12. *an.* 1171. *fol.* 648.

Papa

Papa

Papa

causis

Pa-

Leo in causa Eutichetis.

Papa in occasione turbulentię Ciuitatis Romæ, vel hostium &c. non discedit; neque causa Concilij; *to. 6. an.*449.*fol.*79.

Papa mittit Legatos ad Conciliū cum instructione agendorum; *to. 6. an.*449.*fol.*80.

Papæ epistolæ decretales, quantum existimandæ, & venerandæ; *to.6. an.*449.*fol.* 81. *&* 82.

Papæ Leonis I. epistola de Incarnatione Filij Dei, digna; *tom.6. fol.*83. *& seqq.* damnat Euthic.

Papæ iussu, vel consensu Concilia Generalia fiunt; *to.6.fol.*87.

Papa præscribit quid agendum in Concilijs; *to.6.fol.*88.

Papa pręest Orbi terrarum, Theodoretus fatetur; *tom.6. an.* 449. *fol.* 100.

Papa cum suo Concilio Romæ rescindit acta Concilij Ephesini Latrocinalis; *to.6.fol.* 107.

Papa indicit Concil. Generale, & suadet id Imperatori, &c. *tom.6. fol.* 108. *& fol.* 118. *&* 127. de Calcedonensi.

Papa iudicat causas Fidei, & Episcoporum; etiam Imperatores fatentur; *to. 6. fol.* 110.

Contra Papam Dioscorus fulminauit excommunicationem; *to.6. fol.* 112.

Papa semper succurrit Ecclesię Orientali; *tom.6. an.*450.*fol.*116.

Papa Legatis præcipit, vt nullum ad communionem admittant, nisi professionem Fidei faceret; *to.6. fol.* 120. & professionis Fidei faciendæ formulam præscripsit; *to. 6.fol.* 121.

Papa præscribit omnibus Episcopis formulam Fidei tenendæ; *to. 6.fol.* 129.

Papa præscribit quid agendum in Concil. Generali; *to. 6.fol.*131.

Papa tenere solebat in Oriente aliquem ex ijs Episcopis, qui res ageret ipsius; *to. 6. fol.* 140. dicebaturque eius Vicarius: *ibid. & fol.* 183.

Papę mittenda acta Concilij pro confirmatione, de Calcedonensi; *to. 6.fol.*158.59. *an.*451.

Papa est Oecumenicus Episcopus, ita Concilium Calcedonense; *to. 6. an.*451.*fol.*159.

Papa inscribitur Episcopus vniuersalis; *to.6. an.* 451.*fol.* 159.

Papa obseruat, & facit obseruare Canones; *to. 6.fol.* 165.167. *&* 275.

Papa custodit acerrimè Priuilegia Ecclesiarum etiam Orientalium; *fol.* 166. *tom.6.* cassat vsurpationes contrarias; *fol.* 167. *tom 6.*

Papa cassat decreta Concil. Prouincialiū, & Generalium facta sine consensu Legatorum; *to.6.fol.* 167. *an.* 452.

Papa Imperatores adiuuat: Leo Valentinum, dum ab eis opprimitur eius potestas; *tom. 6. an.* 452.*fol.*177. *&* 178.

Papę litterę non occultandæ; *tom. 6. an.* 453.*fol.* 181.

Papa visitat litteris totum Orbem, Orien-

Papa rescindit facta Imperatoris circa Decreta Fidei, etc.*ibid fol.* 388. *to.* 7. De tribus Capitulis, & Edicta Imperatoriũ aboleri iubet, sed quia pęnitent, eis cõdonat; *fol.* 389. *&c.*

Papa indixit quintum Concilium pro pace Ecclesię orta ex parte trium Capitulorũ. *vide* Tria Capitula; *tom.* 7. *anno* 553. *fol.* 397.

Papa solus anathematizat errores contra fidem; *tom.* 7. *an.* 553. *fol.* 399. & *fol.* 400. & 401. & alia *ibid.* ante Synodum id fecit Vigilius.

Papa pręsens Constantinopoli, vbi fiebat Concilium, non vult ei esse præsens; rogatur per Episcopos: non vult accedere, dicit se scripto dicturum, quid sentiat: item per tres alios rogatur, cùm ipse iam damnasset solus tria Capitula, neque vult accedere; *fol.* 401. sed suum Constitutum, idest Decretum misit ad Synodum: *ibidem, & fol.* 403. damnat solus per suum Decretũ omnes errores Mopsuesteni; *an.* 553. *per totum.*

Papa non damnat mortuos (si in Communione Catholica mortui sunt) nec absoluit, si ante mortem non petierunt, quia super terram tantùm existentes ligat, & soluit; *tom.* 7. *an.* 553. *fol.* 423. adducuntur multa exempla; nisi vsq; ad mortem perseuerauerint in errore; *fol.* 426.

Papa meliùs informatus mutat sententiam circa aliquid, factum (non fidei) de facto trium Capitulorum à Vigilio, qui prius ea damnauit, & postea retractauit, damnans solùm doctrinas; *tom.* 7. *fol.* 438.

Item Concilium quintum noluit confirmare, & postea confirmat; *an.* 553. *&c.* & confirmatur *an.* 554. *fol.* 444.

Papa quo magis deprimitur à seculo, eo magis suam authoritatem ostendit; *an.* 555. *fol.* 448.

Papa Pelagius tres Episcopos non inuenit à quibus consecraretur propter receptionem quintæ Synodi; ideò duos Episcopos, & vnum Presbyterum habuit Consecratores; *ann.* 556 totus Occidens ab eo recesserat, etiam Religiosi, etc.

Papa scismaticos omnes propter quinta Synodum comprimit, etiã per secularem Principem; *ibidem fol.* 454.

Papæ instructione Concilia faciũt Decreta fidei, & sic testantur Patres Concilij Bracarensis; *to.* 7. *an.* 563.

Papa restituit Episcopos priuatos à Concilijs in Gallia; isti enim ad eum recurrerant de iustitia; *tom.* 7. *an.* 570.

Papæ ordinatio olim cum iussione Principis fiebat, sed Pelagius II. absque ea ordinatus est, quia bellum erat Longobardorum; *tom.* 7. *an.* 577.

Papa

Papa

Episcopis, Ostiensi, Portuensi, & Veliterno. Nota quòd Veliternus prius non erat, sed Albanus; *to*.8. *an*. 683. *fol*. 568. & Leo secundus apparet primus sic ordinatus: item Ioannes II. *an*. 685. *fol* 580.

Papa omnia de consilio Cleri faciebat, ideo reprehenditur Constantius, quòd ordinauerat Antiochenum Episcopum sine consensu Cleri, &c. *to*.8.*an*. 686.

Papa neque ad preces, aut minas Imperatoris, confirmat Concilium Quinisextum; *to*. 8. *an*.692. *fol*. 611.

Papa non negauit vnquam Communionem Imperatori Græco licet hæretico; *tom*. 8. *an*. 692.*fol*. 615. Multa, &c.

Papa calumniā passus, quòd Adulteriū commisisset, liberatur per loqutionem pueri, qui cùm nouē tantùm dies haberet dicit Pontificem illius criminis non esse reum; *to*. 8. *an*. 699.

Papa Ioannes VI. defenditur à militia Itala, ne capiatur ab Exarco; *tom*. 8. *an*. 701. idem de Sergio I. *vide* Catal. Pontificum.

Papæ à nemine esse obediendum statuit Vitizza Rex Hispaniarum Ghothus; *tom*. 8. *an*. 701. ratio cur defecerit: *vide* Hispania.

Papæ licet ex industria Græci fuerint multi contiuatim electi, vt Imperatori Græco manum darent, tamen omnes ei restiterunt; *to*. 8. *an*. 705. Ideo Imperator eos benè tractauit, vt alliceret, sed non profecit. *ibidem*.

Papa Costantinopolim vocatus benignè ab Imperatore ad conciliandam litem de Canonibus Synodi Quinisextæ, iuit; *to*. 8. *an*. 709. Cum quot socijs iuit: *ibidem*. benè tractatur per viam, &c. iussu Imperatoris; *ibid*. qua pompa, & occursu à filio Imperatoris, Senatu, Clero, &c. distans 7. milliaribus recipitur cum multis notatu dignis, &c. *an*. 710. *tom*. 8. Imperator erat Niceæ: rogat Papam, vt Nicomediam accedat, & ipse Imperator eò vadit cum Regno in Capite: Imperator pedes Papæ osculatur, etc. & alia, etc. *to*. 8. *an*. 710.

Papa non recepit professionem fidei hæreticam factam ab Imperatore Philippico. *to* 8. *an*. 711.

Papæ obedientiam, & venerationem negantes Imperium, & Regnum perdiderunt. Heraclius Imperator, & Rodericus Hispaniarum Rex; *tom*. 8. *an*. 713.

Papa non recipit litteras Patriarchę Constantinopolitani hæretici, sed refutat; *tom*. 9. *an*. 714. *fol*. 2.

Papa instituit aliquem Apostolum, seu Missionarium per totum Orbem; *tom*. 9. *an*. 716. *fol*. 9.

Papa scribit ad Populos mixtos ex Gentilibus, & Christianis; *to*. 9. *an*. 723. *fol*. 34. *&* *quomodo ibid*. Gregorius II.

Papa

Regem Longobardorum placaret. Ticinum iuit; *to.9. an.*743. *fol.*154. *&c.*

Papa Stephanus II. à Populo electus, & à Clero receptus post duos dies mortuus est; *to. 9. an.* 752.*fol.* 204.

Papę aliquos secum tenebant, vt eos instruerent in traditione Apostolica, & hi solebant eligi; *to.9. an.*752.*fol.*204. de Stephano III.

Papa Stephanus III. bello lacessitus ab Astulpho Longobardorũ Rege, non facit bellum, sed procurat pacem per diuersos Legatos, & Monacos; *to. 9. an.*752. *fol.* 205. *&* 206. *&c.* Orationibus insistit, Litanijs, &c:

Papa orat per Legatum Imperatorem Constantinopolis, licet hęreticum, vt mittat contra Regem Longobardorum exercitum pro recuperandis suis Ciuitatibus; *ibidem : fol.* 206. muneribus sępè tentat placare Longobard. Regẽ, sed nihil facit. Iuit personaliter Ticinum ad eum, vt rogaret pro Imperatore, scilicet vt Rauennate dominium restitueret; *fol.* 209. *an.* 753. nihil fecit.

Papa exiens à Roma portat Eucharistiam ante se; *to.9. an.*753.

Papa Stephanus III. videns se premi à Rege Longobardorum iuit in Galliam ad Pipinum; *to.9. an.* 753. cum maxima pompa receptus, & cætera multa de hoc.

Papa pro recuperatione Terrarum Ecclesiæ Romanæ inducit Pipinum ad bellum mouendum contra Regem Longobardorum; *to. 9. an.*754. *fol.* 212. *vide* Longobardi.

Papa etiam moto bello curat, vt Pipinus oret Regem Longobardorum, vt sine bello restituat; *an.* 754. sed quia noluit, bellum fit, & vincit Pipinus; *ibidem*.

Papa Stephanus iterum orat Pipinum, digna epistola, vt veniat in Italiam, quia denuo Rex mouerat bellum, & Romam adibat; *tom.9. an.*755.

Papa nomen S. Petri induens, ac si S. Petrus esset, scribit Pipino, adiurat, &c. maxima ansietate, vt veniat in auxilium; *to: 9. an* 755. *fol.* 224. legenda epistola &c.

Pipinus obediuit; Exarcatum Rauennæ, quem Lõgobardis abstulit donauit S. Petro; licet Papa vellet, vt conseruaretur pro Imperatore, noluit Pipinus id facere, dicens propterea se pugnasse cum Longobardis pro S. Petro; *tom. 9. an.* 755. *fol.* 228. & Longobardi restituũt omnes Ciuitates Ecclesiæ, & quas; *ibid. vide* Romana Ecclesia.

Papa Martinus I. miraculosè liberatur, ne in Missa occidatur à Spatario Esarchi; *ibid.*

Papa est defensor, & custos diuinorum Canonum, non præuaricator; *to.8. an.* 649. *fol.* 411.

Papa tempore inuasionis Saracenorum

*fol.*280. Paulus I.

Papa Paulo I. mortuo quidam Constantius Laicus frater Totenis Ducis Nepis per vim introducitur in Lateranum,& per vim ordinatus fuit à quodam Episcopo: fauebat Desiderius Rex Lõgobardorum; *to 9. an. 767.fol.* 28. sequenti die ordinatus Subdiaconus, & Diaconus; fecit Conciliabulum per quod electionem validam declarari fecit, sed à Stephano IV. fuit declaratum nullum: post annum fuit eiectus,& quomodo *an.*768.fuit depositus, & quomodo *fol.* 291. *& an.* 769. legatur eius depositio, pęna &c. à Concilio data: est memoranda; *vide ibid.* Papæ calcei compages erant; *tom.* 9. *an.* 768.*fol.* 291. & in Monasteriũ ad Cellas nouas fuit detrusus: *ibidem*: à quibusdam postea fuit excęcatus,&c.

Papa cum Clero pedibus nudis à Laterano vadit ad S. Petrum (Stephanus IV.) *tom. 9. an.* 769. *fol.*296.

Papa aliquando dixit se Vicarium S. Petri; *tom.*9. *an.*770.*fol.* 301.

Papa studet tenere amicitiam cũ Copronimo Imperatore,licet hęretico; *to.*9. *an.* 772.*fol.* 310.

Papa rogat Carolum Magnum, vt veniat in Italiam contra Longobardos ad defensionem Patrimoniorum S. Petri; *tom.*9. *an.*773.

Papa sub pęna excommunicationis præcipit Desiderio Longobardo,ne Romam accedat, & hic à Viterbo discedit statim, & ad Patriam pergit; *tom. 9. an.* 773. *fol.* 317.

Papa quomodo recipit Regem Gallię Carolum Magnum; *to.* 9. *an.*774.*fol.* 321. quomodo semper eum tractauit; *ibid.*

Papæ electio falsò dicitur concessa ab Hadriano I. Carolo Magno: multa de hoc; *tom. 9. an.* 774.*fol* 323. Clarè impugnatur Sigibertus, qui in gratiam Henrici Imperatoris Scismatici hoc dixit; *ibid.*

Papa coronat Pipinum in Regem Longobardorum, & Ludouicum in Regem Aquitaniæ,Filios Caroli Magni; *to. 9. an.* 781.

Papa communicat cum Imperatore Orientis, quando est Catholicus; *to. 9. an.*785.

Papa super omnes Patriarcas, &c. est vt S. Petrus; *to. 9. an.* 785. *fol.* 368. ex Hadriano I.

Papa multa tolerat pro bono fine, &c. *an.* 785. *fol.* 369. & cum conditione probat electionem Tarasij ex Laico *fol.* 372.

Papa titulo *Reuerentiæ* salutabat Episcopos; *tom. 9. an.* 787.*fol.* 370. & etiam titulo *Sanctitatis*; *fol.*371.

Papæ epistolam de materia tractãda in Cõcilijs Generalibus priùs legi debere; *tom. 9. an.* 887.*fol.* 385. 86. *&* 397.

Papa consulẽdus circa nouas doctrinas,an sint contra Fidem,ita facit

su totius populi; *tom. 9. an.* 817. *fol.* 650.

Papa Legatos statim post Consecrationem suam mittit ad Imperatorem; *to. 9. an.* 817.

Papæ donat Ludouicus statum, quem habet Ecclesia, & quot sint Ciuitates, ; *tom. 9. an.* 812. *fol.* 652.

Papæ electio libera esse debet, nec Imperator debet se immiscere: sic etiam Coronatio ; ita Ludouicus Imperator decernit *tom. 9. an.* 817. *fol.* 653.

Papa ab Orientalibus prædicatur, & salutatur omnium Primus Apostolicus, &c. *tom. 9. an.* 817. *fol.* 655. authoritatem Petri in eo confitentur ; & ipse hæreses damnat.

Papa ab Orientalibus dicitur vniuersalis, supremum lumen, Apostolicus, &c. *tom. 9. an.* 818. *fol.* 661. mirificè extollitur, &c. hæreses dicunt destruere.

Papæ decreta ab omnibus obseruanda statuit Ludouicus Imperator; *tom. 9. an.* 819. *fol.* 671.

Papæ authoritate semper Decreta Synodorū confirmata in Gallia, & quæ Rege instante fiebant; *to. 9. an.* 819. *fol.* 671.

Papa habet Petri authoritatem, & Fidem, & errare non potest, dicunt Orientales; *tom. 9. an.* 819. *fol.* 677.

Papa non vtebatur sigillo proprio olim, & quando cępit vti non erant in eo arma, seu scuta, sed nomen Papæ; & Paschalis I. cępit id facere; *tom. 9. an* 821.

Papa in dubijs consulendus; fatentur etiam Orientales; *to. 9. a.* 821.

Papæ Eugenij II. electio cum Scissmate aliquo propter contentionem Populi. Nobiles vicerant, &c. *to. 9. an.* 824. *fol.* 720.

Papa dicendus vniuersalis; *vide* vniuersalis.

Papa definit dubia Fidei semper: ita scribunt Galliæ Episcopi ad Imperatores Orientis, Romani Pontificis nomine; *to. 9. an.* 825. *fol.* 733. multa de Romana Ecclesia, quòd sit magistra Fidei, & disciplinæ.

Papa numquam reuocat Decreta Fidei Concilij Generalis confirmati; *to. 9. an.* 825. *fol.* 741.

In Papæ electione fiebat conuiuiū Proceribus, &c. *tom. 9. an.* 827. *fol.* 773. de Valentino.

Papa sic eligebatur: Populus, &c. postulabat aliquem, & Clerus cum illo consulebat quid agendum, tamen Clerus semper eligebat; non Populus: accidebant aliquando studia contraria, &c. *to. 9. an.* 827. *fol.* 774.

Papæ vestes in D. Gregorij sepulcro inuentę, quales erant: mediocres, cingulo vtebantur pelliceo sicut Monaci ; *tom 9. an.* 827. *fol.* 775. Item philacterijs tenui argento, & pallio vili de collo pendente; *ibid.*

Papa

Benedictus successit immediatè, &c. quartò, quia nullus Scriptor illius temporis etiam inimicus Ecclesiæ Romanæ, id dicit.

Pa-

I. de

I. de Formoso; *anno* 897.

Papa cum Imperatore Græco communicat,& in auxilium vocat Romæ contra Saracenos; *to.* 10. *an.* 885.

Papa pro dubijs semper conuocat Concilia; *tom.*10.*anno* 893.Formosus.

Papa aliquando concedit aliqua ex necessitate; *to.* 10. *an.* 893.

Papæ in omnibus obediendum, etiam si grauia sint. De Concil. Triburiensi;*tom.*10.*an.*895.

Papę mali in Ecclesia esse, permittuntur à Deo,& quare (De Stefano VII.) *to.*19.*an.*897.

Papa Stefanus VI dictus VII.adiutore Sergio, qui inuaserat Sedē in electione Formosi, exhumauit huius Cadauer vestitū Pōtificalibus, illud exuit tamquam degradatum, tres digitos, quibus benedicebat,amputauit,& in Tiberim proiecit: fuit postea à Piscatoribus inuentum, &c. inducitur in Ecclesiam S. Petri, & ab Imaginibus salutatur; *to.* 10. *an.*897: dum id facit corruit tota Ecclesia Lateranensis. Multa de hoc: sed à Papa Gregorio IX. omnia declarantur irrita *an.*904.& acta Synodi comburuntur.

Papa tribus digitis erectis solebat benedicere; *to.* 10. *an.* 807.

Papa licet sceleстissimus ab Episcopis & omnibus colēdus:multa de hoc; *tom.* 10. *an.* 897. *in fine.*

Papa Stefanus VII. carceratus fuit & strangulatus;*t.*10. *a.*900. *vide* Romana Ecclesia, ab Adalberto Tusciæ Marchione.

Papa Ioannes IX. rescindit omnia facta contra Formosum à Stefano VII. comburit acta Synodi, in alia Synodo; *to.* 10. *an.* 904.*fol.* 660.& omnia Formosi valida declarantur, etc. *& fol.* 662.*&c.*

Papa multa facit pro Imperatore: Concil. indicit, etc. ne stabiliat eius Imperium; *tom.*10. *an.* 904. Sergius inuasit Ecclesiam eiecto Croforo;*to.* 10. *an.*908. pessimus homo:ex Marozia filia Theodorę genuit Ioannem, qui postea fuit Papa XI.etc.

Papa mortuo diripi solebat Patriarchisma Lateranense; *to.* 10. *ex an.*904.

Ioannes X. inuasit Ecclesiam, *vide* Cathal. Pontificum.

Papa, etiamsi pessimus,in honore magno habitus ab omnibus, etiā à Sanctis:de Ioanne X. *an.* 917. *&* 18.

Papa Ioannes X. opera eiusdem March. Tusciæ, et Maroziæ carceratus, & strangulatus fuit; *tom.* 10. *an.* 928.

Papa Ioannes XI. filius Sergij II. per vim illatam ab Alberico Marchione dominante Romæ concedit Patriarchæ Constantinopolitano, vt pallio vtatur sine licentia Papæ;& etiam Episcopis totius Græciæ; *tom.* 10. *an.*934.

Papa Stephanus IX. d.VIII. posthabitis Cardinalibus à Romanis eligitur:Germanus erat; Albericus

cus qui regnabat Romæ odio Othonis Regis Germaniæ fecit Papam malè tractari in vultu; ideo Otho venit Romam, & vltus est in Romanos; *t.* 10.*a.* 940.

Papa memor beneficiorum Regũ Galliç, cùm Ludouicus Rex vrgeretur factione quorumdam, eum adiuuat, *an.* 948. *to.* 10.

Papa Ioannes XII. Octauiauus prius filius Alberici intruditur: vix puber erat: alij dicunt fuisse ætatis decem & octo annorũ:sed posteaClerus cõsensit;ideo receptus, &c. Ab Othone Imperatore fuit eiectus: ab hoc coronatus Otho I.

Papæ iuramentum facit Otho: *vide* Imperatorum Cathalogum.

Papę electio à nullo impedienda, nec Imperator se immisceat. Otho I. decernit, *tom.* 10. *an.* 962.

Papa Ioannes XII· contra Iuramentum factum Othoni I.Imperatori fauet Adelberto inimico Ecclesiæ,& Romanorum;*an.*962. *&* 63.

Papæ huius scelera enormia adducta in Synodo Romæ,coram Imperatore *an.* 963. Deponitur, & eligitur alius, sed nulliter, quia sine Papæ consensu Synodus cõgregata, ideo à Ioanne Synodus congregatur, & deponitur Leo electus inualidè; *an*·964.

Papa adiuuat Episcopos pauperes; *to.*8.*an.* 602.*fol.* 147.

Papa etiamsi malus dignis titulis honoratur; *anno* 964.

Papæ electioni se immiscebat Imperator, vt scilicet sine eius licentia non fieret; *to.* 10.*an.* 963. 64.*&* 65.

Papa odio habitus àNicephoro Imperatore Grçco,eo quod titulum Imperatoris dabat Othoni Imperatori Occidentis, & vocabat Nicephorum Imperatorem Grçcorum; *tom.* 10. *an.* 968.

Papa Ioannes XIII. pellitur à Roma; *to.*10.*anno* 968. *fol.*810.

Papa habet eamdem potestatem quam Petrus; *tom.* 10. *an.* 971. *fol.* 818.

Papa Benedictus VI. à Bonifacio Cardinali Diacono carceratur, & strangulatur, vt hic se intrudat; *to.* 10. *an.*974.

Papa Ioannes XIV. carceratus à Bonifacio Cardinali in arce S. Angeli, fame perijt; *tom.* 10. *an.* 985. & exponitur præ foribus omnibus videndus: *ibidem*: magnum spectaculum:sed ipse intrusus Bonifacius post quatuor menses repente moritur, & lanceis feritur, &c. per pedes trahitur, &c.

Papa Ioannes XV. malè habitus à Romanis fugit in Tusciam vocans Othonem III.in auxilium: reuocatur honorificè à Romanis; *an.* 985. *tom.* 10.

Papa &si malus vita, tamen super omnes est, & supra Canones omnes; multa de hoc; *tom.* 10. *an.* 992. *fol.* 875. *&* 76.*&*.

Pa-

Papæ authoritatæ damnandæ hæreses nouæ; *to.* 11.*an.*.1035.

Papa Benedictus IX. consilio cuiusdam Monaci Sancti, quia schismaticum, Pontificatum renunciauit: & Gregorius VI. alios per pecuniam retraxit ab Antipapatu; & ipse fuit electus; *tom.* 11. *anno* 1044.

Papa Gregorius VI. ab Henrico nondum Imperatore deponitur, & eligitur Clemens II. *tom.* 11. *an.* 1046. Gregorius cessit.

Papa non potest ab Imperatore eligi, & deponi; *to.* 11. *an.* 1046. Inde Henrinciana hæresis, quia Henricus II. id aggressus est.

Papa in dubijs de lapsis, & malè ordinatis consulitur à Patriarca Græcorum Constantinopolitano; *tom.* 10. *an.* 867. *fol.* 382.

Papa non Cardinalis eligitur Clemens II. Saxo; *tom.* 11. *an.* 1046. sic successor Damasus II. Episcopus Brixiæ *an.* 1048. sic Leo IX.

Papa Clemens II. pergit in Germaniam ductus ab Imperatore Henrico II. *tom.* 11. *an.* 1047

Papa Leo IX. Tullensis Gallius à Cardinalibus petitur in Papam ab Imperatore; & hic consentit; *to* 11. *an*; 1089.

Papa audita querela contra aliquem non statim debet punire, &c. sed videre, & probare an verum; multa de hoc.

Petrus Damianus scibens ad Leonem IX. contra Senatum; *to.* 11. *an.* 1049.

Papa Leo IX. per miraculum Vas fractum instaurauit; *tom.* 11. *an.* 1049. *fol.* 171. Priuato habitu ter in hebdomada noctu pedibus nudis à Laterano ad S. Petrum ibat psallens cũ alijs Clericis; *to.* 11. *ibid. f.* 172. Ad bellum pergit contra Northmãdos: isti vincunt, & tamen Pontifici se submittunt; *to.* 11. *an.* 1053.

Papa non debet bella tractare: multa cõtra Leonem Petrus Damianus; *tom.* 11. *an.* 1053. Hic primus legitur ad Bellum processisse.

Papa duplicem habet gladium, spiritualem, & materialem, ideo potest bellum facere: multa de hoc, & necessaria; *tom.* 11. *an.* 1053. & exempla de SS. Papis, qui eo vsi sunt: *ibidem fol.* 191. ipsemet S. Gregorius I.

Papæ nomen in Ecclesijs, etiam Orientalibus recitabatur ex Dipticis; *an.* 1053. *fol.* 193. & 1054.

Papa licet non sit meritis sicut Petrus, tamen est talis potestate; *to.* 11. *an.* 1053. *fol.* 197.

Papa dicitur Cardo, cui innititur tota Ecclesia; *tom.* 11. *an.* 1053. *fol.* 191. Ideo Cardinales dicuntur tales, quia ei adhærent: *ibidem.*

Papa curat vnire Græcam Ecclesiam cum Latina, sed frustra; *tom.* 11. *an.* 1054.

Papa

multa *vide* Rex: quia hic contra eum moliebatur, & per Episcoporum Conciliabulum fecit declarari, quòd malè erat ingressus, & deponi debebat. Audito quod Conciliabulum Vuormatiæ decreuerat, vt Papatum relinqueret, & hoc per nuntios fecerat, quomodo se gessit, &c. Excommunicauit Regem Germaniæ Hencicum III. & Episcopos nominatim; *tom.* 11. *an.* 1076. *fol.* 480. *&c.* forma Excommunicationis, & absoluit eius subditos, &c.

Papa nec à Rege, nec ab alio, habet Papatum, sed a Deo, sicut Petrus; *tom.* 11. *an.* 1076. Multa, &c.

Papæ singularia Priuilegia à Gregorio VII. in Concilio declarata: primò Ecclesia Romana est fundata à Deo; secundò solus Papa dicitur vniuersalis; 3. solus potest Episcopos deponere, & reconciliare; 4. Legatus Papę in Concilijs præest omnibus Episcopis, & solus potest aduersus eos sententiam ferre; 5. Papa potest absentes deponere; 6. cum excommunicatis à Papa inter alia non est cohabitandum; 7. Ipse solus potest pro tempore nouas leges facere, nouas Plebes congregare, de Canonica facere Abbatiam, & econtrà, diuidere, & vnire Episcopatus; 8. solus potest vti insignijs Imperialibus; 9. Papæ solius pedem Principes omnes debent osculari; 10. solius Papæ nomen in Ecclesijs recitandum; 11. Papæ nomen vnicum est in Mundo; 12. Solus potest deponere Imperatores; 13. Potest Episcopos de loco ad locum, & de sede in sedem transmittere; 14. Potest Clericos de omni Ecclesia ordinare; 15. Ordinati ab eo possunt præesse omni Ecclesiæ; 16. Nulla Synodus absq; eius præcepto dici potest Generalis; 17. Nullũ Capitulũ, nullusq; liber dici potest Canonicus absq; eius authoritate; 18. Sententia eius à nullo potest retractari, & ipse omnium sentẽtias retractare potest, 19. A nullo potest iudicari; 20. nullus potest damnare eum qui appellat ad Papam; 21. Causæ maiores ad eum sunt referendæ; 22. Romana Ecclesia numquam errauit, nec errabit; 23. Papa canonicè electus eo ipso efficitur Sanctus: multa de hoc; 24. Eius licentia licet subiectis accusare; 25. Potest absque Synodo Episcopos deponere, & conciliare; 26. Potest absoluere Subditos à fidelitate iniquorum; 27. Non est Catholicus, qui ei non concordat; *to.* 11. *an.* 1076. *fol.* 485. non potest ab vllo excommunicari; *ibidem*.

Papa licet Reges excomunicet, laborat pro eorum salute; *tom.* 11. *an.*

Maij

maticos euchebat Catholicos; *fol.* 196.

Patriarca Gradensis ab Honorio I. deponitur, & alius creatur; *to.* 8. *an.* 630. *fol.* 299. & sicut Aquileiensis Pallium à Papa habet; *ibid.* hic Patriarca à Romano Pontifice defendebatur, ille à Longobardis; *ibidem* lis huius Patriarchæ cum Sereno Episcopo Foroiuliensi quomodo decisa per Gregorium II. & III. *to.* 9. *an.* 729. *fol.* 95.

Patriarca antiquæ Aquileiæ erat Foroiuliensis Archiepiscopus; *to.* 9. *fol.* 96. eo quia ibi resideret, non quia esset Episcopus Foroiulij, quia alium proprium hæc Ciuitas habebat Episcopum; *ibidem*.

Patriarca Gradensis ab Episcopo Aquileiæ adiuto à Longobardis vexatus, à Papa Hadriano I. defenditur, precibus Venetorum; *t.* 9. *an.* 772. Idem Patriarca Gradensis à Duce Venetorũ è Turri præcipitatur; *t.* 9. *an.* 802. quia noluerat quẽdam Episcopum consecrare à Duce commendatum.

Patriarchæ appellari solebãt Papę, & lumen luminum, sed Pontifex Romanus lumen supremum luminum; *to.* 9. *an.* 817. *fol.* 657.

Patriarca Gradensis sollicitat animos contra Imperatorem Ludouicum: ideo fugit Constantinopolim, & postea curat mitti ab Imperatore Cõstantinopolis Michaele inter Legatos ad Imperatorem Ludouicum; *to.* 9. *an.* 821. *fol.* 705.

Patriarcam Constantinopolis, et Successores sine licentia Papæ posse vti Pallio concessit Papa Ioannes XI. *to.* 10. *an.* 930. *vide* Pallium.

Patriarca Aquileiæ cùm Scisma esset in Ecclesia Romana de tribus Antipapis, obtinuit Priuilegium de subijcẽda Ecclesia Gradensi; *tom.* 11 *an.* 1044. multa de hoc.

Patriarca Venetijs conceditur à Leone IX. *to.* 11. *an.* 1050.

Patriarchæ nihil habent supra Archiepiscopos nisi quod concedunt Canones; *to.* 11. *an.* 1099.

Patriarchæ Ierusalem obediẽdum ab alijs Episcopis; *ibid.* decernit Paschalis II. *t.* 12. *a.* 1108. *fol.* 67.

Patriarca Antiochiæ à Papa instituitur ex quo Saracenis fuit erepta; *to.* 12. *an.* 1136. *vide* Antiochenus; & Latinus fiebat.

Patriarca Armeniæ venit ad vnitatem Romanæ Ecclesię, & confitetur Primatum Papæ, &c. *to.* 12. *an.* 1197. *fol.* 896.

Patriarca Ierusalem non est primus, quia non Iacobo, sed Petro commissæ Oues; *tom.* 12. *an.* 1195. Multa.

Patriarca Constantinopolis, quando Latini cęperunt eam Ciuitatẽ, eligitur ibi à Latinis, à Papa Romæ consecratur; *t.* 13. *an.* 1205. *fol.* 140. fuit Latinus Venetus.

Patriarca Ierosolimitanus fit Episco-

Pau-

co

Pęni-

Iterum ſub Tiberio Imperatore per Mauritium vincuntur Perſæ; *an.* 583.

Iterum ſub Mauritio per Philippum vincuntur egregiè ; *tom.* 7. *an.*509.

Perſarum Rex Hormiſdas infeſtiſſimus Romanis,à ſuis occiſus eſt; *an.* 592. *tom.* 8. *fol.* 41. eligitur Coſrohes eius Filius; *ibidem*, ſed hic à Barame, quoniam Patrem occiderat, deturbatus, confugit ad Imperatorem Mauritium, qui benignè recipit, & tractat regio more, & de Hormiſda victoriam reportarat maximam Mauritius Imperator. *fol.* 41. Coſrohes reſtituitur in Regnum à Mauritio cum maxima pecunię ſumma; eum mittit cum ſuo exercitu,&c. & ob gratitudinem miſit Antiochiam Crucem auri ornatam gemmis. &c.*fol.*41.*a.*593. quam Auus eius abſtulerat ex Antiochia, &c. & alia dona miſit.

Perſarum Regina Chriſtiana priuato habitu venit Conſtantinopolim : &c.

Perſarum præfatus Rex Coſrohes rogatus à Mauritio per Filium Theodoſium, qui poſt eum fuit dirè occiſus Niceæ, memor beneficij motus eſt ad auxiliandũ, audiuit autem eum occiſum cum Filijs per Phocam, & mouit bellum eidem *an.* 603. & Siriam, Pheniciam, ac Paleſtinam ſubegere; *ibid.fol.* 167 Item Aſiam, Galatiam, Cappadociam, & Paphlagoniam ; *ibid.* & *an.*607.*fol.* 204. *an.*610. venientes vſque ad Antiochiam totum exercitum Heraclij Romanum occiderant, pauci ſuperarunt, *fol.* 212. capiunt Damaſcum ; *fol* 213. & in eodem loco priùs Saraceni fecerunt incurſionem ; *an.*614. Ieruſalem capiunt: Chriſtianos, captiuos, Zaccariam Epiſcopum, & S. Crucem portant in Perſidem, ſed neque operta fuit theca, ſeu Capſa in qua erat Crux numquã, neque in Perſia, neque ante, neque poſt, &c.*fol.*237. *an.*615. Aegiptum vaſtant. Cùm Heraclius pacem peteret repręſentando beneficium, quod à Romanis acceperat, dum erat eiectus, noluit Coſrohes dare, *an.* 617. Anciram Gallaciæ capiunt; *to.*8. *an.* 619.

Heraclius ad bellum proficiſcitur : quid accidit Legatis eius ; *vide* Imperator: Maximus Perſarum exercitus, paruus Romanorum, ſed iſti vincunt, & Ducem capiunt Perſarum; *to.* 8. *an.*621. Iterum Heraclius pugnat cum Perſis, & vincit ; *an.* 622. tertiò victi *an.* 623. quartò ſuperantur ab Heraclio; *an* 624. quintò collectis omnibus viribus bellum inſtaurant Perſæ, & vnum exercitum mittunt Cõſtantinopolim, vt diuerterent Imperatorem, ſed fruſtra, quia Sarbanas eius Dux pacem facit cum Filio Imperatoris Conſtantinopolis; *an.* 627.

Zac-

ca gratiam cum Pelagio. Circa Christi personam cum Nestorio; *t.12 a.*1140.*fol.*291.Tandē pęnitens fit Monachus, & sancto fine quieuit; *f.*292. Eius Vxor Eloisa fuit Monialis,& Abbatissa; *f.*293

Petrus Fullo Hęreticus aliàs Gnapheus, Theopaschitarum caput, curat occidi Episcopum Antiochiæ, & se eligi fauore Zenonis: dixit Diuinitatem passam, & ideo ad Trisagium addi nolebat, qui Crucifixus es pro nobis, miserere nobis; *to. 6. an.* 474. *fol.* 303. *&* 482. *fol.* 356. Pellitur ab Ecclesia à Leone: restituitur à Basilisco; & à Zenone iterum pellitur, sed adhuc Antiochiæ degebat; *tom. 6. an.* 479. *fol.* 344. sed nitente Papa Simplicio alius eligitur in Episcopum Antiochiæ; *ibid.* tamen ipse recuperauit Sedem; *an.* 482. & statim promulgauit hæresim, Trinitatem esse Crucifixam; *tom. 6. an.* 482. *fol.* 356. damnatus fuit à Felice III. in Concilio Romano; *fol.* 381. *to.* 6. qui ad Trisagium addidit, qui passus es pro nobis.

Phariseorum Secta, Dogmata, vita, & mores. Appar. *fol.* 4. *nu.* 8. *&* 9. fatum tenebant, Transgrimationem animarum, & iudicia fieri sub terra; *ibid.*

SS. Philippi, & Iacobi Ecclesia; *vide* Iacobus.

Philoponus Hæreticus dixit corpora in morte destrui etiam secundùm materiam, & nouum formandum ex nihilo in resurrectione. Mundum nouum esse creandum; *tom.*7. *an.* 535. *fol.* 231.

Philosophica Argumenta in rebus Fidei non curanda; *to.*6. *fol.*234.

Photinus Episcopus Smirnij dicens Christum ante Mariam non fuisse damnatur à Concilio Sardicensi; *to.*3. *an.*347. *fol.* 572.

Photius, & eius hæreses; *tom.*3. *an.* 357. *fol.* 701.

Photius deposito Sancto Ignatio Patriarca Constantinopolit. subrogatur: erat Secretarius Imperatoris, Eunuchus, Laicus: intra sex dies ordinatur: fit priùs Monacus, deinde Anagnostes, tertia die Subdiaconus; quarta Diaconus; quinta Presbyter; sexta Patriarca; *an.* 859. *to.* 10. *fol.* 163. Quia Eunuchus erat, fuit scisma quod numquam potuit bene reconciliari; S. Ignatius fuit depositus, & relegatus, quia propter repudium Bardæ factum de Vxore, & conuersationem cum Cognata eum interdixit communione fidelium; Barda erat consanguineus Imperatoris, & Patri eius Auunculus; *fol.* 162. postea ipsemet Photius priuat Ignatium, & dixit Anathema; *fol.* 181. & scribit Papæ falsum, quòd S. Ignatius per infirmitatem renunciauerat; *ibidem,* id fecit per Legatos: & Legati Imperatoris idem Papæ referunt. Scribit Photius Nicolao I. Epistolam, valdè humilem,

fran-

fraudulentam, adulatoriam, mendacem super facto Ignatij se excusando, & mittit professionē Fidei ; *fol.* 184. vt haberet communionem cum Sede Apostolica: Papa non consentit eius consecrationi, donec sit per suos plenè informatus, ideo illuc mittit Legatos cum præcepto, vt non communicarent cum Photio, ante decretum Papæ ; *an.* 860. conuocari curat per Imperatorē Cōcil. *f.* 318. inuitat Legatos Papæ dicens se velle tractare Confessionem Imaginum ; *an.* 861. vocat Ignatium, vt se defendat à delictis obiectis per septuaginta duo testes falsos, & dicentes quòd Ignatius non erat ritè ordinatus, sed Ecclesiam vsurpauerat, *ibidem*. Legati isti Papæ malètractantur, minis terrentur, vt depositioni Ignatij consentiāt, & primò resistunt ; *f.* 198. litteræ Papæ falsantur à Photio, & sic leguntur : sine interrogatione Photius damnat Ignatium ; *fol.* 201. & ipsum Ignatium tot tormentis affecerat, vt per vim induxerit ad subscribendum suæ sententiæ, quòd erat malè electus, & intrusus, & tyrannicè se gesserat in Episcopatu ; *fol.* 202. & quia volebat etiam Photius, vt Ignatius suam subscriptionem legeret ; fugit hic mutata veste ; *ibidem*. Terræmotus per quadraginta dies fit Constantinopoli horrendus ; seriem facti sui narrat S. Ignatius ; *fol.* 204. quod peius fuit Legati Papæ muneribus corrupti, consenserunt depositioni Ignatij, & stabilimento Photij ; *fol.* 207. Photius alias litteras plenas fallacijs scribit Papæ ; *to.* 10. *an.* 861. *fol.* 208. 9. *etc.* defendit suam promotionem ex Laico : multa de hoc ; *f.* 210. differit prolixè, sed excusatur in omnibus : interim Imperator per iocum facit domi alium Patriarcam histrionem, qui sacra per risus facebat, & Photius nihil dicebat ; *an.* 862. quęrit Ignatium, diligenter carcerat ; volebat occidere, multas calumnias excogitat. Papa Nicolaus I. grauissimis litteris impugnat quę pro se affert Photius ; *fol.* 221. 22. *&c.* à Papa in Concil. Rom. cum multis Episcopis deponitur, & anathematizatur Photius ; *f.* 240. *a.* 863. & restituitur Ignatius ; *fol.* 241. & hæc facta præsente Legato misso ab Imperatore ; *fol.* 243. Hoc audito Photius cum Conciliabulo Episcoporum damnat, & excommunicat Papam ; *fol.* 243. Præterea Photius hęreticus erat, dicens duas animas esse in quolibet homine ; *fol.* 244. scribit arrogantem Epistolam ad Orientales contra Latinam Ecclesiam, & Papam ; *fol.* 260. obijcit Latinis sequentia, quæ ipsi docent. Ieiunium faciunt in Sabbato: in prima Hebdomada Quadragesimæ lacticinia comedunt : Sacer-

cerdotũ honestas, et antiquas Virginum Nuptias damnant, & eas vitari iubent: quod chrismati à Presbyteris, iterum chrismentur, eo quod Episcopis tantum id conueniat, quod dicunt esse falsum: quod Symbolum auxerint dicentes Spiritum Sanctum à Filio etiam procedere, & sic duo principia Spiritus Sancti assignant; *fol.* 251. *et* 52. eius causa Imperator Michael scribit Nicolao Pontifici litteras plenas iniurijs; *to.* 10. *an.* 865. *fol.* 309. eadem replicantur; *an.* 867. *fol.* 366.

De his dogmatibus inter Occidentales numquam fuit controuersia dixit Nicolaus primus; *to.* 10. *an.* 867. *fol.* 366. *&* 67. & traditiones perpetuæ sunt in Ecclesia, &c. non eget Ecclesia Romana doctrinis Constantinopolitanæ, &c. quæ est longè posterior.

Hoc prætextu Dogmatum Photius iam excommunicatus, & depositus à Papa facit Scisma ab Ecclesia Romana; *an.* 867. *fol.* 373. vocat se Oecumenicum. Scribit litteras Canonicas, seu Dogmaticas, vt Papa: exigit Libellum Fidei à Legatis Papę, etc. facit iterum Conciliabulum, & excommunicat Papam Nicolaũ; *fol.* 376. tentat inducere Imperatorem Occidentis Ludouicum contra Papã, promittens ei, quòd faceret, vt haberet titulum Imperatoris, quia Orientalis id non admittebat pro Occidentali; *fol.* 376. occiso Michaele Imperatore suo fautore, succedente Basilio, eijcitur per hunc ab Ecclesia, & restituitur S. Ignatius; *to.* 10. *an.* 867 *fol.* 378. multa scripta Synodica ficta, & falsa ei erepta, &c. contra Ignatium septem erant præ cæteris inscripta, cum titulis infamibus: Diabolus filius peccati, &c. In vno libro erant omnia à se facta contra Papam Nicolaum: hic liber mittitur ab Imperatore Basilio, & Patriarca Ignatio ad Hadrianum II. *to.* 10. *an.* 868. *fol.* 404. omnes damnant Photium: innumera Constantini maledicta contra Photium: qui libri Photij per sententiam Concilij à Papa combusti sunt; *fol.* 409. Photius mittit ad Papam Legatum, qui in mare per tempestatem mergitur. *fol.* 418.

Photius iterum damnatur in octauo Concilio Generali Constantinopoli facto præsentibus Legatis Papæ; *an.* 868. *fol.* 422. 23. *etc.* ipse enim introductus in Cõcilium, & interrogatus, noluit vmquam respondere; *fol.* 424. Iterum introductus fuit in Concilium: de eius manu ablatus baculus signum Pastoralis Officij; *fol.* 427. noluit resipiscere, &c. Anathema ei dictũ ab omnibus; & etiam à suis asseclis. Gregorius Syracusanus Episcopus depositus olim

olim à Papa fauebat Photio, & alij; *ibidem* scripta eius combusta. Hoc Concilium Generale fuit, & nunquam abrogatum, vt Græci prætendunt, & in Concilio Florentino obiecit Marcus Ephesius: imo parum prudenter se gessit Cardinalis Iulianus, qui nesciuit in hoc respondere Procuratori Græco, sed dixit solùm, quòd de illo Concilio nulla facienda esset mentio; *tom.* 10. *an.* 869. *fol.* 435. & illud cum alijs vniuersalibus profitebantur Romani Pontifices; *fol.* 436.

Photiani pro octauo Concilio intelligunt Conciliabolum supradictum factum à Photio; *fol.* 442. vel aliud factum post restitutionem; *vide* Concil.

Photij historia narrata à Metrophane; quæ est conformis modò dictis; *to.* 10. *an.* 870. *fol.* 465. *&c.*

Photius damnatus mittitur in exilium ab Imperatore; *to.* 10. *an.* 870. *fol.* 468. multæ quærelæ, & Epistolæ eius ad diuersos. Dicit se pati pro Ecclesia: scribit plures litteras ad Imperatorem Basilium, vt moueat ad pietatem, sed frustra; *an.* 871. *fol.* 477. scribit ad amicos: Bahanes Patricius erat occultus Amicus Photij expectans mortem Ignatij, vt eum remitteret in Sede; *fol.* 479. de alijs amicis maximè dolet: multa de hoc &c. ordinati à Photio Episcopi fuerunt ei fideles, nec defecerunt ab eo; *fol.* 484. & 85. multa iniuriosa dixit contra Occidentales, *fol.* 486. Audiens quòd Papa Ioannes VIII. infensus erat Ignatio Patriarcha, quia vsurpabatur Bulgariam, meditatur suam restitutionem: fingit Genealogiam Basilij Imperatoris, vt descendentis à Tiridate Rege Armeniæ; *an.* 878. *fol.* 542. sed falsa omnia, &c. hoc medio reuocatur ab exilio. Erat quidam Monacus habitus pro sancto, sed pessimus, amicus Photij, magica arte pollens: iuuat eum apud Imperatorem, & cogitant eijcere iterum Ignatium; *fol.* 543. Ignatius, & Legati Papæ, qui erant Constantinopoli, cum eo non communicãt: interim moritur S. Ignatius. Photius eo mortuo Sedem Patriarcalem occupat; crudeliter tractat eos qui resistebant; *fol.* 546. mittit Legatum suum ad Papam Ioannem VIII. fingens, quòd per vim à Populo, & Clero fuit in sede remissus; Imperator Basilius etiam mittit pro Photio ad Papam, & Papa contra omnium spem eos recipit: primò quia Imperator multa promittebat Ecclesiæ Romanæ; secũdò; quia Beneuentani, & Capuani à Francis defecerunt ad Imperatorem Græcorum, & ita potens timebatur: tertiò, quia sperabatur abrogatio Scismatis: quartò quia Imperator petebat cum magna

Præ-

Pro.

 do

Reli-

Re-

 tore,

Re-

1070. *fol.* 537.

Rituum diuersitas non scindit Ecclesiam: ita dicunt Greci Romanis; *to.* 12. *an.* 1155. *fol.* 401.

Ritus diuersi Missę in eleuatione Calicis, & Hostię tolerati; *tom.* 13. *an.* 1225. *fol.* 349.

Rhodus à Saracenis capitur: Colossus ęneus vastatur, erat adeò grandis, vt in ianua portus existens diuaricatis cruribus sub eis Naues magnæ transirent; *an.* 653. *fol.* 442. de eo fracto 900. Cameli onerati sunt, &c.

Robertus Guiscardus Dux Northmandorum in Italia Apuliam, & Calabriam sibi vsurpauit: à Papa Nicolao II. eas obtinet, & fit Dux Feudatarius Ecclesiæ Romanæ: facit iuramentum fidelitatis; Tributum erat duodecim denariorũ per singula iuga Bouum; *to.* 11. *an.* 1059. *fol.* 268.

Iste enim cum alijs Northmandis cùm esset victor contra Papam bellantem, &c. se dedit Papæ; *vide* Northmandi.

Princeps magnus Northmandorum erat; *tom.* 11. *an.* 1074. *fol.* 453. erat Dux Apulię, Calabriæ, & Siciliæ: & quia inuaserat iura Ecclesiæ, Campaniam, Salernum, &c. fuit excommunicatus à Gregorio VII. Neapolim obsidet, sed à Sancto Ianuario liberata fuit Ciuitas. Recurrit ad Papam cum obligationibus, & iuramentis, sed Papa eum non recipit. Iterum rogat pro pace; *fol.* 463. & adhuc ab excommunicatione non est solutus.

Erat etiam Dux Siciliæ; *anno* 1080. *to.* 11. *fol.* 546. post multos annos à sua excommunicatione, ipsemet Robertus venit Romam, humiliat se Gregorio Papæ: absoluitur; facit iuramentum fidelitatis, & quale; *tom.* 11. *an.* 1080. *fol.* 546.

Petit, & obtinet à Papa Gregorio VII. inuestituram Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ, quas priùs obtinuerat à Nicolao II. & Alexandro II. cum eodem onere duodecim denariorum singulis annis per singula iuga Bouum; *tom.* 2. *an.* 1080. *fol.* 546. Papæ suasu iuit Constantinopolim in auxilium Michaelis VII. Imperatoris, & superauit Alexium Comnenum Imperatorem; *to.* 11. *an.* 1081. Vocatus à Gregorio VII. in auxilium contra Henricum II. Regem, qui Romam inuaserat, & Antipapam intruserat, venit cum exercitu, & fugauit illum; *an.* 1084. *to.* 11. & recuperauit multas terras Ecclesiæ, Papæque dedit, quia Henricus non poterat resistere, sed fugit in Germaniam, iniecto priùs igne Romæ, Ciuibusque intentis ad eum extinguendum, inuasit Arcem Sancti Angeli, & Papam secum accipiens, vt ab ira Romanorum coniuratorum cum Henrico liberaret, duxit Cassinum, &c.

Postea cum Filio Rogerio vicit exercitum naualem Alexij Comneni

neni Imperatoris Orientis ; *an.* 1084.

In Terra Sancta Ierusalem Patriarcha rursus eligitur; *tom.* 12. *an.*1107. *&* 8. *&c.* Item Antiochię, &c.

Balduino mortuo eligitur Rex Balduinus II. eius affinis, sed hic audiens, quòd etiam Eustachius esset electus statim cum admiratione omnium renunciauit, ad sedandam perturbationem; *tom.* 12. *an.* 1118.*fol.* 131.

Rogerius Princeps Antiochiæ in bello cum Saracenis occisus.Sed Balduinus renouat bellum, præcedente Signo Crucis, & habet Victoriam ; *tom.* 12. *an.* 1120. *fol:* 143.

Tyrus capitur auxilio Venetæ Classis; *to.*12. *an.* 1123.Rex Balduinus capitur à Saracenis, sed totus Populus Christianus indicto Ieiunio,&c. exit in bellum, superat Saracenos, & multa eorum millia occidit ; *to.* 12. *anno* 1124.

Balduino mortuo, eius Gener Fulco Comes Tironensis eligitur; *to.*12. *an.*1131. *in fine.*

Fulcone mortuo (ab eo cęcidit) reliquitur hæres Balduinus tredecim annorum: Mater eius Melessedis suscepit administrationem ; *tom.*12.*anno* 1142. *in fine.*

In quadam factione belli miraculosè liberatur exercitus Christianorum; *to.*12.*an.*1144.*in fine.*

Edessa capitur à Paganis; *to.* 12. *an.*1145.

Exhortatio Gregorij III. ad omnes Fideles pro Terra Sancta; Multa de hoc; *to.*12.*an.*1145. & maximè hortatur Gallos. Quas Indulgentias, & Priuilegia concessit euntibus ad hoc bellum Cruciatę, *ibid.* & ad hoc Galli indicunt Concilium; *to.* 12. *anno* 1146.

In hoc Concilio Sanctus Bernardus electus fuit Dux belli,etc. *ibid.* hæc expeditio malum exitum habuit, quia Rex Ludouicus malè contra Deum se gerebat in alijs; *tom.*12.*an.* 1146.*fol.* 328. licet Sanctus Bernardus ad hoc inuitauerit bellum,etc.

Exhortatio maxima facta à Sancto Bernardo ad hoc bellum, *ibid.*

Expeditio hæc quando, & quomodo posita in executione: Reges

ges duo Galliæ, & Romanorum, ideſt Germaniȩ Conradus;& duo Cardinales cum eis iuerunt; *an.* 1147.*to.* 12.

Cùm Occidentales bellum acturi eſſent contra Saracenos,Græci calcem farinæ miſcuerunt, & ita innumeri mortui;*to.* 12.*an.* 1147. *fol.* 337.

Anno 1148. Exercitus Regis Galliæ Ludouici,& Conradi Regis Romanorum perueniunt in Syriam, et Palęſtinam;*to.* 12.*fol.* 344. ſed orta contentione inter Principes nil dignum factum eſt.

Balduino mortuo ſuccedit Rex Ieruſalem Almericus frater eius; *to.* 12:*an.* 1163. *in fine.*

Pro Terræ Sanctæ ſubſidio ſemper laborarunt Pontifices; *tom.* 12. *an* 1180. *fol.* 751. *&c.* exhortatoriæ litterȩ;Multa de hoc, &c.

Saraceni multum proficiunt contra Chriſtianos in Terra Sancta Duce Saladino; *tom.* 12. *anno* 1185.

Rex Angliæ ſupplicatur, vt vadat in auxilium; *ibid.*

Saraceni tentant capere Ieruſalem proditione vnius Templarij: vincuntur à paucis; *to.* 12.*an.* 1186*fol.* 792. ſed anno ſequenti Chriſtiani vincuntur: Vaſtatur Ieruſalem;*fol.* 794. tertiùm occiſi,etc. Capta Ciuitas à Saladino:in alijs locis reſiſtebant Saracenis.

Pro eius liberatione, & auxilio valde laborat Romanus Pontifex; *to.* 12. *an.* 1187. *fol.* 797 dignæ litteræ.

Pro ſuccurſu Terrȩ Sanctȩ Cardinales omnes Romæ promittũt ſimul de aſſenſu Papæ relinquere delicias, & pauperes Cruce aſſumpta prȩdicare verbo, & operibus,euntes mendicando, & cȩtera multa: nec vnquam Equũ aſcendere donec liberata eſſet Terra Sancta; *an.* 1187. *fol.*800. Ieiunia indicta à Gregorio VIII. & alia, &c.

Pro ſuccurſu eodem impoſitȩ decimæ omnibus Secularibus, & Laicis ſub pȩna excommunicationis; *tom.* 12.*an.* 1188. *fol.*802. exceptis ijs, qui ad bellum procedebant

Reges Galliæ, & Angliæ Crucem capiunt, & alij cum eis;*ibid.* ſed propter bella inter eos non eſt ſecuta expeditio; *an.* 1189. Fridericus Imperator iuit in ſubſidium; *ibid.*

Daniȩ Rex ad idem ſe parat,ſed moritur; *ibid.*

Riccardus Rex Angliæ mortuo Henrico Patre pergit in Terram Sanctam cum Cruciata, &c. *an.* 1190.Fridericus dum, victo Soldano,Iconij ſe lauat in flumine Saleph mergitur; *an.* 1190.*fol.* 824. eo mortuo Conradus Dux Sueuiæ filius eius gerit,& gubernat bellum;*fol* 825.

Riccardus, & Rex Galliæ Phi-

lippus perueniunt Palęstinam; sed Rex Galliæ ob inimicitias cum Riccardo Rege Angliæ discessit è Palęstina; *an.*1191. *tom.* 12. *fol.*830.

Ipse Rex fędus cum Saladino per tres annos facit; Regnum Ierosol. suo Nepoti Henrico dedit, occiso Conrado regnante; *to* 12.*an.*1191.*fol.*840.

Pontifex dolet, quòd Principes non succurrant Terræ Sanctæ; *to.* 12.*an.*1192.*fol.*856.

Quare non habuerunt victoriam Christiani in Terra Sancta: ob multa vitia; *ibid.*

Cęlestinus III. laborat pro succursu Terræ Sanctæ; *tom.* 12. *anno* 1195. *fol* 886. 7. 8. *&c.*

Imperator disponit cum multis succurrere. Henricus V. *ibid.* Eius Exercitus peruenit in Palęstinam; *an.* 1197. *fol.* 893. sed mortuo Henrico in Sicilia, Duces, & milites arripuere fugam; *an.* 1197. *fol.*895. *&c.*

Mortuo Henrico Rege Ierusal. Almericus Rex Cyprij duxit in Vxorem Viduam relictam Friderici, & Regni sceptrum accipit; *to.* 13.*an.* 1198.*fol.* 21.

Innocentius III. pro succursu Terræ Sanctæ laborat; *ibid f.*22. Optima exhortatio, & *fol.* 23. maximè laborat. Magna Clades fit Christianorum à Saracenis in Ioppe; *to.* 13. *an.*1198.*fol.*22. Almericus, qui optimè in bello se gesserat è propria fenestra cadens fractis ceruicibus moritur; *ibidem.*

Innocentius III. magna promittit Cruce signatis; *fol.*23. *& anno* 1199. *fol.*45. *&c.*

Cruce signati euntes ad bellum Terrę Sanctæ sine luxu, & vestibus coloratis eunt; *tom.* 13. *an.* 1200. *in fine.*

Innocentius III. timens de Soldano, ob magnam Victoriam contra Babilonios hortatur pro succursu Terræ Sanctę Principes &c. *to.*13. *an.*1201. *in fine.*

Innocentij opera congregatur exercitus Cruce signatorum ex vniuersa Europa Venetijs pro succursu Terræ Sanctæ; *to.*13. *an.* 1203. *fol.*94.

Exercitus, qui Venetijs cum ipsorum Duce abiturus erat statim in Syriam, Iaderam contra Regem Vngarię, capit, opprimit, &c. Papa excommunicat: &c. *tom.* 13. *anno* 1003. *fol.* 95. cùm peruenit Siriam, hęc à Saracenis erat oppressa; *fol.*96. dolet de hoc Pontifex, &c.

Lętitia exultant audientes Christiani Terræ Sanctæ, quòd Imperator Constantinopoli electus erat Latinus; idest Balduinus Comes Flandrię; *tom.*13. *a.*1204. in principio, &c.

Moritur Rex Ierosolimitanus, & eius filius; *t.*13. *a.*1205. *fol.* 139. Patriarcha eligitur Episcopus Vercellensis. Venit Romam; à Papa confirmatur, & Pallium ha-

habet. *an.* 1205, *fol.* 143.
Ioan: Bremensis Comes desponsat sibi Reginam Ierusalem, & pro dote habet Regnum; *tom.* 13. *an.* 1210. *fol.* 197.
Pueri innumeri, & mulieres absque Duce, & Rectore se accingunt ad bellum Terræ Sanctę: venerunt in Italiam; dispersi sunt omnes, &c. *to.* 13. *an.* 1212. *in fine.*
Saraceni ob timorem, Concil. Lateran. IV. Palęstinam Christianis volunt concedere cum ducentis Terris, &c. & Tributum annuum soluere; *tom.* 13. *an.* 1214. sed non videtur habuisse effectum.
Innocentius III. pro succursu Terræ Sanctæ in Concil. Later. IV. laborat; *tom.* 13. *an.* 1215. *fol.* 244.
Honorius III. laborat pro succursu Terræ Sanctæ; *tom.* 13. *an.* 1216. *fol.* 252. & imprecatur, quod decretum fuerat in Concil. Later. IV. sub Innocentio III. per totum annum 1218. &c.
Iam Cruce signati pergerant in Syriam ex omnibus Mundi partibus; *tom.* 13. *an.* 1217. *fol.* 263. *& seq.*
Exercitus Christianorum peruenit in AEgiptum, & inde cępit bellum ex Pelusio; *tom.* 13. *an.* 1218. *fol.* 278. 79. *&c.* & obtinent Victoriam, &c. sed *an.* 1219. *fol.* 291. *&c.* nostri à Saracenis in Ierusalem Cladem substinuere maximam, &c. quomodo nostri AEgiptum inuaserunt, & victoriam maximã obtinuerũt, &c. sed anno 1220. Christiani in AEgipto, & alijs locis multa patiũtur à Saracenis; *f.* 309. perdunt Pelusium, seu Damiatam; *an.* 1221. Multa de hoc casu, &c.
Fridericus II. Imperator ducit in Vxorem Isabellam filiam Ioannis Regis Ierusalem; *to.* 13. *an.* 1223. *fol.* 328. vadit pro succursu Terræ Sanctæ; *tom.* 13. *anno* 1225.
Honorij III. maxima diligentia hortãtur omnes Reges, et Principes pro succursu Terrę Sanctę; *ibidem an.* 1224. *&* 25.
Rex Ierusalem Ioannes Bremigius, qui Regnum Ludouico II. pro dote promiserat, requisitus vt dimitteret Regnum, dimisit Ludouico; *to.* 13. *an.* 1226. *fol.* 359.
Gregorius IX. multum laborat pro succursu Terræ Sanctæ; *to.* 13. *anno* 1227. *&c.*
Friderici II Imperatoris socordia, & negligentia res Ierusalem, & Terrę Sanctæ totius dilabuntur; *ibid.*
Fridericus vadens in Terram Sanctam concordauit turpiter cum Saracenis; *to.* 13. *an.* 1228. *fol.* 385 Fridericus pepigit iniquum fędus cum Soldano Babiloniæ: partem Ierusalem habuit, Templi artibus, etc. Saracenis concessis: machinas bellicas, etc.

eis dedit,& rediit; *to.13.a.*1229. in principio maximum scandalum, & Christianorum vituperium, diffusè per multa folia: Imo quia Soldanus Damasci habebat interesse in hoc negotio noluit pacem acceptare: benignum Fridericus se exhibebat Saracenis,iniquusChristianis:ob retentum Hyerosolimis Machometis Cultum interdictum positum in Ierusalem à Patriarcha: Fridericus adhuc erat excommunicatus à Papa: Magna ibi confusio.

Capitula Pacis iniquæ ibi habentur. Gladium,qui à Papa habuerat de Altari Sancti Petri Soldano consignauit. Coronam sibi imposuit, etc. A Templo Sancto Christianos expulit, & doctrinamMachometis per Saracenos publicari concessit,&c.dicit ibi Papa de Templo in quo Christus docuit; *fol. 396.*

Gregorius IX.laborat cum Principibus pro succursu Terræ Sanctæ; *to.13.an.*1234;*fol.*459.

Episcopi multi ad id se accingunt.

E Gallia soluit exercitus pro succursu Terræ Sanctæ; *to.* 13. *an.* 1239. *in fine.*

Terræ Sanctę, et Ierusalem præcipui habitatores magnam stragem patiuntur: à Chorasminitis innumeri trucidati. S. Sepulcrũ, et aliæ Ecclesiæ fędè profanantur. *tom.* 13. *an.* 1244.*fol.* 582.

Multa de hac calamitate,etc.

Innocentius IV. laborat pro recuperanda Ierusalem; *to.* 13. *an.* 1245. *in fine.*

S. Ludouicus Rex Galliæ ad hoc se accingit; *ibidem.* iter arripit; *an.* 1248. *to.* 13.*fol.* 648.perueniunt in AEgiptũ: capiunt Damiatam magna lætitia,etc. Intra AEgiptum penetrant;*a.* 1249.in principio.

Maximum bellum committunt cum Saracenis,et Christiani vincuntur *an.* 1250. mira crudelia contra Christianos fecerunt. Sãctus Ludouicus capitur à Saracenis, et in his angustijs petit à Cappellano Breuiarium, vt horas recitaret;*ibid.*hoc tempore à suis fuit trucidatus Soldanus, et Saraceni cogitabant Sanctum Ludouicum eligere Regem; solùm timebant, quia erat Christianus; *fol.*658.Totam historiam in sua Epistola narrat Rex; *fol.* 659. *& seqq.* liberatus Rex restituendo Damiatã, seu Pelusium, & alijs pactis, etc. Hortatur alios Principes pro subsidio, etc.

S. Ludouicus per quinque annos mansit in Terra Sancta pro liberandis Captiuis, etc. *anno* 1251. et alia memoranda fecit, etc.*fol.*679. Christianorum Cadauera proprijs manibus sepelit, etc.

Regnum Ierusalem interim à Rege Cypri regitur ob perfidiam Fri-

morte mortuum, quia vermibus scatentē, &c. *fol.* 657. *& seq.* libris eum persecutus est; *ibid.*

Theodoretus scripsit acerrimè in Causa carcerationis Episcopi Alexandrini de Antiochena Iurisdictione contra Alexandrinā, & ideo incurrit inimicitiam Dioscori, qui erat Apocrisarius in Concil Prouinciali Constantinopolitano pro hac causa congregato; *tom.* 5. *fol.* 678. Declarat se credere cum Nestorio, sed cum fide Catholica; multa de hoc, *tom.6.an.*443. *fol.*15.*&* 16. liberatur à calumnia, quòd scripserit malè in obitu Cirilli; *to.*6.*fol.*21. à Dioscoro Episcopo Alexandrino de hoc calumniam audit, & se defendit; *fol.*22. Imo Antiochenos semper hortatus est fugere Nestorium, &c. *fol.* 23. facit fidei professionem optimam, *ibidem.* Rursus accusatur, quòd defenderet Nestorium, & Theodorum Mopsuestenum, & scripta contra Cirillum: se defendit, & petit Concil. *to.6.fol.*52.*&* 53 Multa bona à se facta narrat in suo Episcopatu (& digna sunt) *ibid.* vndique contra eum insurgunt calumniæ; *fol.* 69. *&* 70. A Synodo Ephesina secunda Latrocinali depositus fuit; *fol.*99. ad Papam appellat; *ibidem, & fol.* 100. *&* 101 *&c.* Sedem Apostolicam toti mundo præesse dicit; *fol.*100. petit ab Imperatore licentiam veniendi Romam; *fol.* 103. Eius scripta sicut illa Nestorij in Pseudo Synodo damnata; *ibid. & fol.* 104. de quo dolet, sed maximam patientiam ostendit; *ibid.* Sporatius Comes domesticorum eum defendit, & hac occasione multa facit, & dicit Theodoretus, quibus se purgat à calumnia, & mala opinione fautoris Nestorij, & quòd pro eo in Concil. Ephesino egerat, nūc purgat; *fol.* 106. fidē in Ecclesia Romana semper seruari dicit, vt ex ea Orientales illam habeant; & professionem Fidei Catholicæ Romanæ facit; *tom.* 6. *an.* 450. *fol.* 121. de Iudicio Synodi, & Iudicum secularium cognitotū pro Imperatore Theodoretus, qui à Leone restitutus fuerat in Episcopatu, admittitur sedere in Concil. Calcedonensi; *tom.6. anno* 451. *fol.* 142. Theodoretus à Leone I. excitatur ad secum pugnandum contra hæreticos; *tom.* 6. *fol.* 188. & valdè eum commendat, vt Euthichianos, & Nestorianos impugnet, &c. tandem moritur eodem *an.* 453. & quia prius malè audierat ob fauorem Nestorij, propter quod in Concilio Calcedonensi anath. dicere Nestorio fuit missus, in multis Epistolis reliquit benè testatam Catholicam Fidem; *to.* 6.*an.* 455. *fol.* 189. Cùm verò Euthichiana herēsis de vnitate naturæ profligata esset, Nestoriani

ne-

ab

V

Ve-

&

ri

X

Z

SERIES
IMPERATORVM, ET PONTIFICVM,
Vsque ad INNOCENTIVM XII., & LEOPOLDVM I.

IMPERATORES Romani.

PRimus. Octauianus ante Christum natum an. 41. Mortuus est anno Christi 16.

Tiberius incipit regnare an. Christi 16. moritur anno 39.

Caius Caligula incipit regnare an Christi 39. moritur an. Christi 43. occisus.

Claudius incipit anno Christi 43. moritur anno Christi 56.

Nero fit Imperator eodem anno, & moritur anno Christi 70.

Galba eligitur, & occiditur post septem menses.

Otho eligitur, sed ab exercitu Germaniæ eligitur Vitellius. Otho occiditur post nonaginta quinq; dies electionis.

Vespasianus à suo exercitu eodem anno eligitur. Vitellius à Populo occiditur mense octauo post electionem, & Vespasianus per annos decem regnat an. 71. moritur an 81.

Titus eligitur eodem anno Christi 81. an. 83. per venenum à fratre occiditur.

Domitianus frater Titi an. 83. incipit

PONTIFICES Romani.

PEtrus incipit Pontificatum an. Christi 44. moritur anno 69.

Linus incipit anno 69. moritur mense Septembris an. 80.

Cletus Romanus eligitur anno 80. Martyrio coronatur anno Christi 93.

Clemens eligitur eodem anno 93. anno 102. Martyrio coronatur.

Anacletus post viginti, & vnum dies eligitur an. 103. moritur an. 112.

Euaristus eligitur post dies tresdecim eius anni 112. Martyr moritur anno 121.

Alexander eligitur eodem anno 121. Martyrio afficitur an 132.

Sixtus primus eligitur, Romanus, eodem anno 132. post dies viginti quinque. Martyr moritur anno 142.

Telésphorus eligitur an. 142. Græcus Anacoreta erat. Martyr moritur anno 154.

Higinius Græcus Atheniensis eligitur an. 154. post dies septem; Martyr efficitur anno 158.

Pius I post tres dies eligitur anno 158.

cipit: occiditur an. Christi 98.

Nerua succedit eodem anno 98. moritur ex senio anno Christi 100.

Traianus succedit an. Christi 100. moritur, siue morbo, siue veneno an. Christi 119.

Adrianus nepos succedit an. Christi 119. moritur an. Christi 140. ætatis erat ann: 62. mensium 5. dierum 6.

Antoninus Pius succedit ex Gallia Transalpina Nemeuso Ciuitate: incipit an. 140. moritur anno Christi 163.

Marcus Aurelius, & Lucius AElius Verus succedunt, quia ambo adoptati ab Antonino, eodem an. 163. Lucius moritur an. 171. Marcus Aurelius moritur anno 182.

Commodus filius fit Imperator, eodem anno 182. strangulatus fuit anno 194.

Pertinax ex Alba Pompeia Ciuitate eligitur anno 95. & post octuaginta duo dies occiditur.

Seuerus Aphricanus eligitur Imperator anno 195. moritur anno 213.

Antoninus, & Geta filij eliguntur anno 213. Secundus occiditur an. primo. Antoninus occiditur an. 219.

Macrinus eligitur anno 219. Maurus erat: hoc eodem tempore eligitur etiam Elogabalus Antoninus, Antonini filius, qui Sacer-

158. Italus de Aquileia. Martyr moritur anno 167.

Anicetus Sirus post quatordecim dies eligitur anno 167. Martyr moritur anno 175.

Soter Fundanus Campaniæ post dies decē, & septem eligitur anno 175. Martyr moritur anno 179.

Eleutherius Grecus ex Nicopoli, post dies vndecim eligitur anno 179. moritur anno 194. Non legitur occisus, & tamen inter Martyres ponitur.

Victor eligitur post dies quinque: erat Afer: anno 194. Martyr efficitur anno 203.

Zephirinus Romanus post dies vndecim eligitur an. 203. moritur anno 221. sed non legitur eius Martyrium, licet Martyr dicatur: fortè occultè occisus fuit.

Callistus I. Romanus post dies sex eligitur anno 221. Martyr moritur anno 226

Vrbanus I. post dies sex eligitur: erat Romanus: anno 226. moritur Martyr anno 233.

Pontianus Romanus post dies triginta eligitur anno 233. Martyr moritur anno 238.

Anterus eligitur, & vix per mensem durat. Martyr moritur anno 238.

Fabianus Romanus indicio Columbæ eligitur anno 238. Martyr moritur anno 253.

Sedes vacat per annum.

Cor-

cerdos Solis erat in Fenicia anno 219. & Macrinus occiditur.
Eliogabalus occiditur an. 224.
Alexander eligitur eodem anno 224. Christianis benè affectus: occiditur dolo Maximini anno 237.
Maximinus Trax eligitur anno 237. occiditur anno 240.
Gordianus eligitur anno 240. occiditur anno 246.
Philippus Arabs eligitur eodem anno 246. dicitur fuisse Christianus: occiditur cum filio Augusto anno 253.
Decius eligitur anno 253 fugiens in bello Moesiæ in paludem cadens demersus, & absorptus, nunquam visus est amplius, anno 254.
Gallus, & Volusianus filius eius imperare incipiunt anno 254. occiduntur anno 256.
Valerianus eligitur, & filium sibi coniungit Gallienum 257. Valerianus capitur, & carceratur à Persis anno 262. & in ferrea cauea tenetur, & filius Imperator non curauit de illo 262. excoriatus fuit à Sapore, saleque conditus.
Gallienus, & frater occisi.
Claudius eligitur anno 269 sed in Oriente Odonatus se intruserat in Imperio annis præteritis. Claudius per pestem moritur; anno 271.
Domitius Aurelianus eligitur an. 271.

Cornelius eligitur: Romanus anno 254 & oritur schisma Nouatiani Romani. Martyr moritur Cornelius anno 255.
Lucius primus Romanus eligitur an. 255. Martyr moritur an 259.
Stephanus Romanus eligitur anno 257. moritur Martyr anno 260.
Sixtus secundus Atheniensis eligigitur anno 260. post dies viginti duo. Martyr moritur anno 261.
Dionisius Monachus eligitur post dies viginti quinque, anno 261. moritur post multos labores contra hęreticos anno 272.
Felix primus Romanus eligitur an. 272. post dies quinque. Martyr moritur anno 275.
Eutichianus Tuscus post dies quinque eligitur anno 275.
Martyr moritur an. 283. Martyres 340. sepeliuit manu sua.
Caius Dalmata post dies nouem eligitur: erat de stirpe Diocletiani: anno 283. moritur Martyr anno 296.
Marcellinus eligitur Romanus post dies vndecim, anno 296. anno 304. Martyr moritur.
Marcellus Romanus post menses sex eligitur anno 304. moritur in Catabulo Equorum, in numero Martyrum est; anno 309.
Eusebius Gręcus post dies viginti nouem eligitur anno 309. moritur anno 311.
Melchiades Apher eligitur post dies sep-

2⁻1. occiditur à suis; anno 278.
Tacitus eligitur Imperator anno 278. moritur post sex menses. Florianus eius frater inuadit Imperium: post duos menses occiditur.
Probus eligitur anno 279. occiditur anno 283.
Carus Romanus eligitur an. 283. Cęsares etiam dixit filios Carinum,& Numerianum Carus fulmine percussus moritur an 284.
Carinus, & Numerianus imperant. Carinus occiditur anno 286.
Diocletianus Dalmata à Dioclea Oppido eligitur viuente Carino anno 284. prius erat Libertus. Carinus occiditur.
Maximianus Herculeus Collega Diocletiani eligitur anno 286. Anno 292 Diocletianus,& Maximianus Herculeus eligunt in Cęsares Constantium Florum, & Maximianum Galerium, & ipsi prosequuntur in Imperio,sed Diocletianus lapsus in morbum delirij, seù stultitię, & confusionis, abdicauit se Imperio, & induxit etiam Maximianum Herculeum ad se abdicandum:teste Constantio id factum est anno 304.
Constantius Florus, & Maximianus Galerius, qui prius erant Cęsares, gubernant, vt Imperatores ab anno 304. ab his alij postea Cęsares dicti.
Constantinus Magnus à Patre Cō-stan-

septem anno 31., moritur anno 313. Martyr dicitur de more maiorum, quia passus erat in persecutione.
Siluester Romanus post dies decem eligitur anno 314.moritur anno 335.
Marcus Romanus eligitur post dies quindecim anno 335. moritur anno 336.
Iulius Romanus post dies viginti eligitur anno 336. moritur anno 352.
Liberius Romanus eligitur post dies vigintiquinque anno 352. eo misso in exilium Felix subrogatus fuit iuuante Constantino Imperatore anno 355. Catholicus erat, alij vt Athanasius dicunt ordinatum esse ab Arianis; Liberius moritur anno 367.
Damasus Hispanus post dies sex eligitur die decima quinta Sepbris an.367.ętatis ann.62.erat ex Communione Felicis.
Eligitur in schismate Vrsicinus: in electione Damasi vna die fuerunt occisi centum triginta septem in concertatione; Moritur anno 383. miracula eius.
Siricius eligitur anno 385. Romanus. Moritur anno 398.
Anastasius primus eligitur post dies viginti a morte Siricij anno 397. moritur anno 402.
Innocentius primus Albanus creatur Papa post dies viginti vnū à morte

ſtantino dictus Cęſar illo ſtatim mortuo eligitur Imperator anno 306. qui anno 336. dicit Cęſares tres ſuos filios Conſtantium, Conſtantem, & Conſtantinum. Conſtantinus moritur anno 337.

Filij tres regnant, Conſtantius in Oriente, Aſia, & AEgypto; Conſtantinus in regionibus trãs Alpes: Conſtans in Illirico, Italia, Aphrica, Dalmatia, Thracia, & Macedonia.

Conſtantinus Iunior occiditur an. 340.

Conſtans occiditur à Magnentio anno 350.

Solus Conſtantius imperat: tandem moritur anno 361.

Iulianus Apoſtata nepos Conſtantij fit Imperator; an. 361. occiſus fuit an. 363.

Iouinianus eligitur anno 363. moritur an. 364 ætatis triginta trium annorum repentinã morte.

Valentinianus, qui ſub Iuliano militia exutus, & relegatus fuit, eligitur Imperator an o 364.

Valentem fratrem aſſumit in Collegam; ille Orienti, hic Occidenti pręeſt.

Valentinianus moritur an. 375.

Gratianus filius eligitur; an. 375. & Collegam accipit fratrem Valentinianum Iuniorem anno 376 Valens moritur an. 378.

Theodoſius eligitur, & imperat cum

morte Anaſtaſij anno 402. moritur anno 417.

Zoſimus Gręcus poſt viginti duo dies eligitur anno 417. moritur anno 418.

Bonifacius primus poſt vnam diem à morte Zoſimi eligitur an. 418. ſed pars minor facto ſchiſmate eligit Eulalium: ab Imperatore Bonifacius defenditur. Bonifacius moritur anno 423.

Cęleſtinus primus Romanus poſt dies nouem vacationis creatur; anno 423. moritur expleto Concilio Epheſino anno 432.

Sixtus III. Romanus poſt dies viginti eligitur anno 432. Moritur anno 440.

Leo primus eligitur, Romanus; an. 440. poſt quadraginta dies facta fuit electio. Moritur anno 461.

Hilarus Sardus creatur: incertum eſt tempus vacationis Sedis Leonis anno 46 . Moritur an. 467.

Simplicius Tiburtinus poſt dies decem creatur. Moritur anno 483.

Felix tertius Romanus poſt dies ſex eligitur. moritur; anno 492.

Geloſius Apher (licet ſe dicat Romanum in aliqua Epiſtola) poſt dies quinque eligitur anno 492. Moritur anno 496.

Anaſtaſius primus Romanus poſt ſeptem dies eligitur anno 496. moritur anno 498.

Simmacus Sardus quatuor poſt dies a pluribus eligitur in Eccleſiã Con-

IMPERATORES.

cum Gratiano, & Valentiniano Iuniore anno 379.

Gratianus occiditur anno 383.

Valentinianus occiditur an. 392.

Honorius filius creatur Imperator à Theodosio anno 393. Theodosius moritur anno 395.

Arcadius, & Honorius Imperatores imperant anno 395.

Arcadius moritur anno 408. Imperat Honorius cum Theodosio filio Arcadij.

Honorius moritur anno 423.

Valerianus Consobrinus Theodosij Arcadij declarátur ab eo Imperator anno 425. & cum ipso imperat. Theodosius moritur anno 450.

Marcianus Thrax Tribunitius ex voluntate Pulcheriç Augustæ Sororis Theodosij eligitur Imperator, Catholicus, anno 450. quia eum licet ætate maturum, cùm ipsa Virgo esset, in Virum elegit: dicitur ex consilio Theodosij.

Valentinianus occiditur;an 455.

Maximus in Occidente author mortis Valentiniani occupat Imperium an 4 5. occiditur à Romanis quando Vandali aduenîũt Romam anno 455.

Auitus in Occidente, qui legatus ad Theodoricum pro pace missus fuerat in Galliam, creatur Imperator ab exercitu, fauente etiam Gothorum Rege Theodorico anno 455. sed quia à Senatu

PONTIFICES.

Constantiniána; in Ecclesia verò Sanctæ Mariæ ab alijs eligitur Laurentius in schismate an. 498. quod schisma per Theodoricum fuit diremptum. Moritur Simacus anno 514.

Hormisda creatur post dies septem Patria Frusinate in Campania. Moritur an. 523.

Ioannes primus Etruscus post dies septem creatur anno 523. hic à Theodorico coactus fuit ire Constantinopolim ad Iustinianũ Imperatorem, vt Arianos non feudaret Ecclesijs; sed licet iuerit, hoc non tractauit; & ideo carceratus à Theodorico mortuus est.

Felix quartus Samnita à Theodorico Rege Italiæ Ariano dicitur electus, sed à Clero Romano postea electus est anno 526. Mortuus est anno 530.

Bonifacius secundus Romanus post tres dies eligitur an. 530 Gothi filius putatur. sed in alia Basilica eligitur Dioscorus in schismate: hic elegerat successorem Vigilium, sed postea cassauit electionem. Moritur anno 531.

Ioannes secundus Romanus eligitur anno 531. moritur anno 535.

Agapetus Romanus post dies sex eligitur an. 535.

Moritur Constantinopoli; anno 536. sed eius Corpus translatum fuit Romam anno 536.

Siluerius Campanus per Theodatum Gothorum Regem prescribitur

natu non recipitur deponit Imperium; anno 456. sed diuersæ sunt de hoc sententiæ.

Marcianus Imperator Oriẽtis moritur anno 457.

Leo primus Thrax Tribunitius eligitur Imperator anno 457.

Maiorianus imperat in Occidente ex eodem an. 457 Multa de eo; anno 458. Occisus est dolo Seueri in Hispania; anno 461.

Seuerus inuadit Imperium; an. 461. occiditur in Palatio dolo Ricimeris anno 465.

Antemius suasu Ricimeris ab Imperatore Græco Leone mittitur Imperator Orientis anno 467 sed dolo Ricimeris occiditur an. 472.

Olibrius in Occidente fit Imperator factione Ricimeris; an. 472. hic occiditur anno 473 eligitur Glicerius anno 473.

Leo Imperator Orientis moritur anno 474. sed deponitur, & fit Episcopus Salonitanus.

Zeno gener Leonis fit Imperator (erat hæreticus) anno 474.

Nepos in Occidente spoliato Glicerio accipit Imperium anno anno 474. & eo imperante Orestes Magister militiæ fecit filium suum Momilium acclamari Imperatorem, qui Augustulus dictus est.

Augustulus imperante Nepote, creatur Imperator fauore militum anno 475. & hic fuit

bitur Pontifex Clero alium volente, tamen à Clero etiam fuit postea electus, etiam mortuo paulò post Theodato anno 536. Dicitur tamen Vigilium facta promissione pecuniæ Theodoræ Augustæ de septem centenarijs procurasse eligi, & cum litteris ad Bellisarium venisse, sed inuenit electum Siluerium.

Siluerius quasi suspectus, quòd deficeret ad Gothos obsidente Vrbem Vitige à Bellisario vinctus mittitur in Græciam. Alij dicunt, quòd non in Græciam, sed in Pontiam Insulam per Vigilium Archidiaconum missus fuerit.
Siluerius moritur in relegatione ærumnis confectus anno 549.
Vigilius renunciauit.

Vigilius post abdicationem eligitur à Clero Romano anno 340. Mira egit pro Ecclesiæ detensione Moritur anno 555. Syracusis moritur, sed Corpus Romam transfertur.

Pelagius primus post menses tres, & dies quinque eligitur an. 555. moritur anno 559.

Ioan-

fuit vltimus; nam in Occidente defecit Imperium: Talis dictus in contemptum, quia ipse Momillus vocabatur, & quia Imperium inceptũ ab Augusto finiuit in Augustulo.

Zeno Imperator Orientis pellitur à Basilisco etiam hæretico: fugit in Isauriam anno 476. sed post annum paulò plus, Zeno superat Basiliscum: moritur an. 491. ex morbo comitiali.

Anastasius miles Silentiarius nondum Senator ab Ariadna Vxore Zenonis accipitur in virum, & eligitur Imperator; anno 491.

In Occidente, Rauennæ Odoacer Rex Erulorum regnare cępit relegans Augustulum in Campanium prope Neapolim; an. 476. sed hic occisus à Theodorico Ghoto pariter euecto à Zenone ad Patricij dignitatem, & filius adoptiuus, qui venit contra Odoacrem; anno 493. & Theodoricus regnauit in Italia ex tunc.

Ana-

Ioannes tertius eligitur post menses tres, & dies vigintiquinque; moritur anno 572.

Benedictus primus post menses decem, & dies tres (ob bella) eligitur; Benosus etiam dici solitus. Moritur anno 577.

Pelagius secundus à morte Benedicti primi, post tres menses, & dies decem eligitur: filius Gothi putatur, ordinatus absque iussione Principis ob bellum Longobardorum. Moritur in Pestilentia Romæ; an. 590.

Gregorius primus Monachus, post menses sex, & dies vigintiquinque eligitur anno 590. Moritur anno 604.

Sabinianus post menses quinque, & dies decem et nouem eligitur anno 604. moritur anno 605.

Bonifacius tertius post vndecim menses, & viginti sex dies eligitur anno 606. Moritur eodem anno.

Bonifacius quartus ex Valeria Marsorum Ciuitate post menses decem, & dies sex eligitur anno 607. Moritur anno 614. sepelitur in Ecclesia S. Petri.

Deusdedit Romanus Subdiaconus post menses quinque, & dies duodecim eligitur anno 614. moritur anno 617.

Bonifacius quintus post mensem vnum, & dies sexdecim eligitur: Neapolitanus fuit. Moritur an. 625. sepultus in Ecclesia Sancti Petri.

Ho-

IMPERATORES.

Anastasius fuit hæreticus, priùs occultus, postea manifestus; fulmine ictus perijt an. 518.

Iustinus Thrax eligitur anno 518. Catholicus: eligi curat Imperatorem in Oriente Iustinianum, & postea moritur anno 527

Iustinianus Nepos Iustini à Senatu electus est Imperator, iussu Iustini, ante eius mortem anno 527. Magna pietatis opera exercebat: post annos 38. Imperij subitò moritur anno 565.

Iustinus Iunior Iustiniani ex sorore Nepos eligitur an. 565. & quia post aliquot annos vertigine, & mentis deliquio laborabat, Tiberium collegam Imperij facit anno 577. commendatur maximè de proceritate, & pulcritudine Corporis, ac Virtutibus. Moritur Iustinus anno 582.

Tiberius solus regnat, & tunc multa de eo bona dicuntur an. 582. an. 586 creat Cęsarem Mauritium.

Mauritius mortuo Tiberio, eodem anno cępit solus dominare anno 586 occisus est anno 602. cum filijs.

Phocas Centurio eligitur Imperator anno 602. antequam occideretur Mauritius. Phocas miserè occiditur per Heracliũ, manibus pedibus, & pudendis præcisis, in Corio bouis inclusus combustus: fuerat crudelis an. 610.

Hera,

PONTIFICES.

Honorius I Campanus post menses sex, & dies decem et octo eligitur anno 626. Moritur an. 638.

Seuerinus eligitur post annum vnum, & menses septem, sed non tamdiu vacauit sedes; potius fuit, quia non habuit confirmationem ab Imperatore, nolens ei consentire circa vnam voluntatem Christi, & ideo Lateranum deuastatur Moritur anno 639.

Ioannes quartus post menses quatuor, & dies vigintinouem eligitur; moritur an. 641. sepultus apud Sanctum Petrum.

Theodorus filius Theodori Episcopi Ierosolymitani post mensem vnum, & dies tresdecim eligitur an. 641. moritur an. 649.

Martinus Tudertinus post mensem vnum, & dies sexdecim eligitur: hic Pontifex propter fidem ab Imperatore Constantio III. carceratus iubetur duci Constantinopolim, ab eo ignominiosè habitus, depositus Pontificatu, relegatus Chersonæ anno 651, Iubet Imperator eligi alium; Moritur præ ærumnis anno 654. Martyr.

Eugenius I. à Clero Romano eligitur, sed cum titulo Vicarij Papæ viuente Martino anno 652. & anno 654 audito nuncio mortis Martini sedere cępit vt Pa-

b pa

IMPERATORES.

Heraclius eligitur anno 610. post hæresim Monothelitarũ, pessimè perijt,qui fuerat adeò gloriosus; quinque Victorias à Persis reportauit anno 641.

Constans Constantinus filius Heraclij succedit Imperator, sed à Nouerca veneno occisus est, post quatuor Menses, & filius eius, iuuante Pyrro Constantinopolitano Archiepiscopo regit Imperium, sed punitur vterque an. 641.

Constans tertius filius Constantini eligitur Imperator; eodem anno 641. hæreticus, qui dirè vexauit Martinum primum Papam, quẽ relegauit Chersonã post multas ignominias;venit Romam,& benè se gessit;dona Ecclesijs dedit; an.663 rediens iuit in Siciliam, & Syracusis in Balneo occisus fuit anno 668.

Constantinus Pogonatus eius filius cum fratribus Collegis Tiberio, & Heraclio imperat anno 668. dictus Pogonatus, quia Constantinopoli discedens teneram habens sanguinem, reuersus est cum barba promissa: fuit Catholicus; multas Victorias habuit; optimè de Ecclesia meritus; moritur an. 685.

Iustinianus Iunior eius filius imperat anno 685. hic non fuit satis Catholicus; an. 686. hic præcisis naribus relegatus est Chersonam à Leontio Præfecto, qui

PONTIFICES.

pa, moritur an.655.

Vitalianus Segninus in Hernicis post mensem vnũ,&dies vigintinouem eligitur; anno 665. Moritur anno 669. sepultus apud S. Petrum.

Adeodatus Monachus Romanus post menses duos,& dies tredecim eligitur. Moritur an. 676.

Donus, seù Domnus, Domnion, siue Conus Romanus post menses quatuor, & sex dies eligitur an. 676. Moritur an. 678.

Agatho post menses duos, & dies quindecim eligitur an. 678. Moritur an. 683. sepelitur apud S. Petrum. Sedes vacat per annum vnum, menses septem,dies quinque.

Leo secundus Siculus post præfatum tempus eligitur anno 683. Moritur anno 684. Sepultus apud S. Petrum.

Benedictus secũdus Romanus post mensem vnum, & dies vigintiduo eligitur. Moritur an. 685. Sepelitur apud S. Petrum.

Ioannes V. post menses duo, & dies quindecim eligitur. Syrus erat:anno 685. Moritur an. 686. Sepultus apud S. Petrum.

Conon post mẽses duos,et diesdecem & octo eligitur anno 686. Moritur anno 687.

Sergius I.post menses duos,& dies tresdecim eligitur, Syrus erat, in schismate, sed statim cedunt scismatici; hic passus fuit persecutio-

qui Imperator factus est anno 694. quo priuato regnat Absimarus an. 696. qui dicebatur Tiberius anno 701.

Iustinianus restituitur in Imperium per Bulgarorum Regem. Leontius, & Tiberius occiduntur an. 703. Occiditur miserrimè cum suis filijs opera Philippi acclamati Imperatoris.

Philippus Imperator eligitur an. 7 1 hæreticus erat; hic fuit eiectus ab Imperio, quia nequam: huius opera à Græcis fuit factũ Conciliabolum Constantinopoli, & abrogata sexta Synodus; an. 712 eijcitur anno 713.

Anastasius eligitur anno 713. Catholicus fuit, sed vimilitum cessauit imperare: ipsi enim eligerant alium nolentem, idest Theodosium IV. an. 714. Catholicus fuit, & Imperio se abdicauit.

Leo Isauricus eligitur Theodosio renunciante an. 7 6 fuit Iconoclasta: hic perdidit Imperium Occidẽtis propter hęresim Imaginum impijssimus nomo: hęreticos; moritur an. 741.

Constantinus Copronimus eius filius regnat anno 741. hic Patri similis in hęresi, & omni perfidia fuit.

Arta-

cutionẽ à Iustiniano Imperatore, quia noluit subscribere Concil. quinisextũ an. 92. pręceperat carcerari, & ferri Constantinopolim, sed a Militia Rauennatensi liberatur; Moritur an 701. Sepultus est apud S Petrum.

Ioannes VI post mensem vnum, & dies viginti eligitur an. 7 1. Tiberius Imperator intrusus pręceperat eum capi, sed defenditur à tota Militia Italiæ. Moritur anno 705. Sepultus apud S. Petrum.

Ioannes VII Gręcus post mensem vnum, et dies decem et octo eligitur; moritur an. 707. Sepultus apud S. Petrum.

Sisinius Sirus post tres menses eligitur an. 708. vixit dies viginti. Moritur; & sepelitur apud S. Petrum.

Constantinus Sirus post dies vigintinouem eligitur: vocatus ab Imperatore iuit Constantinopolim; an. 709. Moritur an. 714. Sepultus apud S. Petrum.

Gregorius secundus Romanus post dies quadraginta eligitur; erat Bibliothecarius Vaticani anno 714. Mortuus anno 731. Sepultus apud Sanctum Petrum. Inter Sanctos habitus.

Gregorius tertius Sirus post dies quinque electus est an. 731. Psalmos omnes memoriter sciebat. Moritur an. 741.

Zaccarias Gręcus post dies octo eli-

IMPERATORES. | PONTIFICES.

Artabasdus intrusus in Imperio à Constantino vicitur anno 743.

Constantinus omniū scelestissimus contra Imaginū cultores,& pessimus in omnibus triginta quinq; annos regnauit: dictus est Copronimus, quia lauacrū Baptismi suo stercore polluit cùm infans baptizatus fuit: dictus Caballinus, quia stercore Caballorum delectabatur; anno 775. Moritur miserè.

Leo primus fit Imperator an. 775. Pius apparuit. Moritur Iconoclasta an. 780.

Constantinus Copronimi filius, & Irenes illius Vxor, & huius Mater imperant an. 780. boni Principes: filius postea excęcatus fuit opera Matris an. 795. & sic mortuus est an. 797.

IN OCCIDENTE
Iterum Imperatores.

IMperator Occidentis coronatur Carolus Magnus, qui fuit primus à Leone tertio: coronatur an. 800. moritur an. 814. Inter Sanctos à Gallis habetur: sed nota quòd Paschalis Scismaticus eum declarauit.

Nicephorus in Oriente tirannicè inuadit Imperium anno 802. Irenem Imperatricem expellit, suam dominam: impius in omni-

eligitur an. 741. moritur an. 752. Sanctus est: multa fecit hic Papa pro augendo Patrimonio Sancti Petri.

Stephanus secundus à Populo electus à Clero receptus in Patriarchio Lateranensi biduo manens, tertio die surgens à somno, sedens, vt causas iudicaret, statim obmutuit: alienatus est, & sequenti die moritur anno 752. & non solet poni in numero Pontificium, sed malè, quia fuit Papa verus.

Stephanus tertius Romanus eligitur *an.* 752. mira fecit pro Ecclesia, vt in suis locis: mediante Pipino recuperauit totum Ecclesiæ dominium; Moritur an. 757. & sepelitur apud Sanctum Petrum.

Paulus primus Romanus post dies trigintaduo creatur: Germanus Stephani prędecessoris; moritur an. 767. Morabatur in Ecclesia S. Pauli, & ibi sepultus est, sed post tres menses translatus ad Sanctum Petrum.

Stephanus quartus post annum vnum,& mensem vnum eligitur: an 767.

Erat Siculus Monachus, & postea Sanctæ Ceciliæ Presbyter; Moritur an. 772. Sepultus apud S. Petrum.

Adrianus Romanus post dies nouem eligitur; erat Diaconus Cardinalis; moritur an. 795.

Leo

IMPERATORES.

omnibus, licet Catholicus esset. Occisus est an. 811.

Michael Curolopata fit Imperator Orientis an. 811. pacem Ecclesię reddit, deposuit Imperium, & orat Leonem Armenum, vt illud acceptet an. 813.

Leo Armenus coronatur Imperator an. 813. occiditur dirè an. 820.

Ludouicus filius Caroli Magni, viuente Patre, huius consensu coronatur Imperator, an. 813. Iconoclasta fuit, persecutor Christianorum; an. 816. cogitur à filijs dimittere Imperium an. 830. sed exequitur an 833. Coronatur Imperator à Papa Stephano quinto; anno 816. Moritur anno 840.

Michael Balbus Phrix, qui fuit causa occisionis Leonis, & in compedibus seruabatur, quia Imperium affectauerat, occiso Leone fit Imperator; an. 820. ex gente colente Iudaismum excepta Circumcisione, & Christianismum: erat inimicus Imaginum an 821.

Thomas quidam Tyrannus Constantinopoli inuadit Imperium; an. 822. sed cum filijs malè perijt; an. 824. moritur ex dissenteria: pro panegirico maledictionibus ab omnibus repletur an. 829.

Lotarius filius Ludouici eo viuente, & volente coronatur Imperator

PONTIFICES.

Leo tertius, eodem die, & anno, quo mortuus est Adrianus eligitur an. 795. erat Romanus. Huic linguam, & oculos eruerunt duo Nepotes Adriani: à Deo restituuntur; Moritur anno 816. hic prę cęteris Pontificibus mira in Ecclesijs Romę fecit; Sepultus in Basilica S. Petri.

Stephanus quintus dictus quartus Romanus post dies viginti eligitur; anno 816 Moritur an. 817. Sepultus in Basilica S. Petri.

Paschalis primus Romanus creatur post duos dies à morte Stephani V. anno 817. Moritur anno 824 Sepultus apud Sanctum Petrum.

Eugenius secundus Presbyter Cardinalis Romanus, post dies quatuor eligitur anno 824. Schisma quoddam paruum fuit propter contentionem Populi: moritur anno 827

Valentinus Romanus post dies sex eligitur in Laterano; anno 827. Moritur post dies triginta.

Gregorius quartus Romanus post dies tres eligitur anno 827. Presbyter Cardinalis erat: recusat Pontificatum: fugit, & abscondit se in latibulis Ecclesiæ SS. Cosmę, & Damiani. Moritur anno 843.

Sergius secuudus creatur an 844. Romanus, sed quidam Ioannes Diaconus inuaserat Ecclesiam, & eijcitur, & Papa non permisit, vt

rator à Paschali primo Romæ; an 8?3.

Monachus tandem efficitur, & sic moritur.

Theophilus filius Michaelis Imperator Orientis an 829. voluit videri pius, sed hęreticus erat: persequitur Catholicos; moritur an. 841.

Michael Theophili filius eligitur Imperator anno 84?. adoptauit Basilium, & fecit Imperatorē, sed ab hoc occiditur anno 867. Michael fauit Photio Schismatico impius fuit.

Ludouicus secundus olim coronatus cępit imperare mortuo Lotario Patre, anno 855. Moritur, & sepelitur Mediolani in Basilica Sancti Ambrosij; anno 875.

Basilius adoptatus à Michaele coronatur, ab eo Imperator anno 867. hic eiecit Photium, & restituit S. Ignatium Patriarcham; fauit Ecclesiæ Romanę, sed postea malè se gessit cum ea; Leonem filium suum facit Imperij Collegam; anno 870. moritur anno 886. iste Imperator carceri mancipauerat filium Leonem, qui fuit Imperator post eum.

Carolus secundus Caluus Ludouici secundi, filius à Papa Ioanne VIII coronatur Imperator anno 875. Moritur anno 877. Sepultus Parisijs apud S. Dionisium.

Ludouicus tertius Balbus filius Ca-

ut malctractaretur; Moritur an. 847.

Leo quartus Romanus eadem die qua mortuus est Sergius eligitur anno 847. Moritur anno 855. Sepultus in Ecclesia S. Petri.

Benedictus tertius Romanus Presbyter Cardinalis S. Calisti eligitur an. 855. Anastasius Cardinalis S. Marcelli depositus se intruserat, sed reijcitur; moritur an. 858.

Nicolaus primus creatur, Romanus: in Laterano is effugiebat ne fieret, an. 858. Egregius Pontifex fuit; Mortuus est an. 867. Sepultus ante portam S. Petri.

Adrianus secundus Romanus post mensem eligitur an. 867. Moritur an. 872.

Ioannes octauus post dies quadraginta quatuor creatur anno 872. Multa egregia fecit, licet Tributum Saracenis oppressus dederit: fauit Photio, sed excusatur, & quare culpabilis fuit ideo dictus Papa fęmina, quia Pusillanimis, sed postea excommunicauit ipsum Photium; Moritur an. 882. Sepelitur apud S. Petrum iuxta portam, quę dicebatur Iudicij.

Marinus primus de Gallesio post tres dies eligitur Papa an. 882. moritur anno 884.

Adrianus tertius Romanus post dies duos eligitur an. 884. moritur an 885.

Stephanus sextus dictus quintus Ro-

Caroli Calui fit Imperator anno 877. moritur anno 879.

Carolus Tertius Craſſus poſt bienniūm à Papa eligitur Imperator anno 879. & coronatur à Papa Ioanne VIII. *an.* 881. Moritur repudiatus a ſuis, quia repudiarat Vxorem anno 888.

Leo Sextus Imperator Orientis fit: filius erat Baſilij, ſed dolo Aulici Santabareni carceratur, & opera Pſitaci liberatur: anno 886. Incipit imperare: dictus fuit Philoſophus. Photium depoſuit, & in Monaſterium incluſit: excęcauit Santabarenum: moritur an. 910. multa ſcripſit pro fide Catholica.

Vuido Dux Spoleti Imperium ſibi aſſumit, & à Papa coronatur an. 888. & an. 892. fuit confirmatus à Formoſo: Sed Arnulphus Rex Galliæ Romam venit, & cum Papæ conſenſu, eum capit, & ipſe ab eo coronatur Imperator anno 896. Arnulphus moritur an. 899. Vuido etiam moritur an. 899.

Ludouicus quartus fit Imperator; anno 900. Rex Italiæ erat: Berengarium vicit, & coronatus fuit à Papa: à Berengario poſtea victus, ex cęcatus fuit, ac Imperio priuatus; anno 903.

Lambertus filius Vuidonis, qui à Formoſo Papa fuerat coronatus tenet Imperium an 904 mortuus an. 910. necatus in venatione à Co-

Romanus eligitur an. 885. moritur an. 891. Sepultus apud S. Petrum.

Formoſus Portuenſis Epiſcopus (neſcitur quo die) eligitur: fuit ſchiſma, factum à Sergio Diacono, qui ab vna parte fuit electus, ſed eiectus: moritur an. 895. quomodo eius cadauer fuit proiectum, & malè habitum à Stephano Succeſsore, & Sergio.

Stephanus ſeptimus, dictus ſextus, eligitur pulſo quodam Bonifacio, qui Sedem inuaſerat per dies quindecim an. 897. malè ſe geſſit cum Cadauere Formoſi. Infami morte moritur, nam detruſus fuit in Carcerem, & ibi ſtrangulatus. Ab Adelberto Marchione Tuſcię factum eſt, qui intruſit quemdam dictum Romanum, qui durauit per quatuor menſes.

Theodorus ſecundus eligitur anno 901. ſedit diebus viginti.

Ioannes nonus Monachus Tiburtinus eligitur an 901. moritur an. 907. Sepultus præ foribus S. Petri ad Portam Guidoniam.

Benedictus quartus Romanus poſt diem vnum eligitur anno 905. moritur an. 906. Sepelitur apud S. Petrum.

Leo quintus eligitur anno 906. ſed per quadraginta dies vixit.

Crhiſtophorus eligitur anno 906. ſed prauorum turbis eijcitur, & vitam monaſticam amplecti cogitur

IMPERATORES.

Comite Mediolani.

Constantinus octauus filius Leonis fit Imperator:puer erat, & cũ eo regebat Alexander Patruus an 619. sed morte atroci moritur Alexander,& solusConstantinus, regnat, sed postea assumpsit in Collegã Romanũ Patritium an. 919. Veneno potatus à filio moritur an. 960.

Berengarius ob prçstitum auxilium contra Saracenos in Campania extinctos à Papa Ioanne X. eligitur Imperator Occidentis an. 915. sed vincitur à Rodulpho Burgundiæ Principe vocato in Italiam; an. 922. & Berengarius occiditur à suis; an. 924.

In Occidente non fit Imperator, vsque ad ann. 962. quo tempore eligitur.

Otho primus Rex Germaniæ; optimus, & probus, an. 939. quia per venenum mortuo Lotario Rege Italiæ Berengarius Regnũ Italiæ sibi vindicarat, Adelais,& Papa vocant Othonem contra Berengarium in Italiam, & veniens fecit Matrimonium cum Adelaide; an. 951. Romæ iuramentum facit Papæ de iuuanda, & protegenda Ecclesia, & omnia de Papæ consilio facienda; an. 960. Filium Othonem facit Regem Germaniç, & ipse Italiç Regnum adeptus an. 961 Romç creatur Imperator ãn. 962. à Papa Ioanne XII. Restituit omnia

PONTIFICES.

gitur anno 908. postea mortuus est: sepultus in Basilica S. Petri, & hoc opera Sergij, qui eiectus fuerat è Sede à Formoso.

Sergius pulso Christophoro, vt supra inuasit sedem;a.908.impius, & scelestus, qui Marozia scorto vtebatur: moritur anno 910.

Anastasius tertius Romanus eligitur anno 910.moritur anno 912. Sepultus in Basilica S. Petri.

Lando Sabinus eligitur anno 912. moritur eod. anno.

Ioannes decimus ope Theodoræ Scorti Alberici Marchionis Tusciæ intruditur in Sede an. 912. Albericus enim erat Concubinarius alterius filiæ Theodoræ Sororis Maroziæ adhuc scorti Matris tamen Ioannis,ex Sergio II. hic dicitur Antipapa; anno 912.sed ex consensu Cleri cçpit postea haberi vt legitimus Papa: anno 915. at opera Marchionis Tusciæ, & eiusdem Maroziæ carceratus, & strangulatus fuit: anno 928.

